HISTORIÆ FRANCORVM,

SEV

CHRONICI ADEMARI ENGOLISMENSIS, MONACHI S. MARTIALIS LEMOVICENSIS.

EPITOME

Continens breuiter euentus notatu digniores, qui in diuersis mundi partibus contigerunt, & præcipuè in Aquitania à Pharamundo primo Rege Francorum, vsque ad Henricum primum.

Idque cum Notis, nonnullisque interpollatis, quibusdam etiam additis, à Domno Petro à S. Romualdo Fuliensi, ad faciliorem operis intelligentiam.

PARISIIS,
Apud LVDOVICVM CHAMHOVDRY in Palatio, propè S. Capellæ, ianuam.
M. DC. LII.
Cum Approbatione Doctorum, & cum superiorum permissu.

ERVDITO, AC ILLVSTRI VIRO DOMINO, D.

MENELLO,

DECANO INSICNIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS S. Petri Engolismensis, nec non vtriusque Iuris Doctori.

ANTIQVAM *Ademari Cabannensis Epitomen, qua me nuper donasti, Vir illustris & erudite, ad te quibusdam notis illustratam, additionibusque am-*

plsatam remitto. Æquum enim est vt fluentes è mari riuuli ad illud redeant authores.

Fateor equidem, accepto à te Opusculo, in eam me venisse cogitationem integrum esse Chronicon Ademari monachi nostratis; nec minori eo errore lætitia perfusus sum, quam si (vt verbis S. Hyeronimi vtar, cum librum S. Pamphilij martyris dono accepit.) Crœsi diuitias in me effudisses. Verum inspectis diligenter, & inter se collatis veteribus manuscriptis, tum ipsius Ademari, tum aliorum authorum, quorum è celebrioribus Lutetiæ Bibliothecis copiam habui, aduerti tandem libellum illum verum esse Chronicon Ademari, non

integrum quidem, ſed à quodam vetere monacho minus peritò in ſummam redactum, varijſque næuis reſperſum. Quare illud accuratè recenſui, obſeruationibus nonnullis illuſtraui, & interdum, vbi opus fuit, interpol[illegible]ui, ſperans meum quantulumcumque laborem, in eo authore enucleando, omnibus antiquitatis amatoribus non ingratum fore, quippe qui nondum in lucem prodierit, & ex cuius tamen penu, quaſi ex horto amœniores floſculi, quos in poſteriorum Hiſtoricorum libris nitere videmus, decerpti fuere. Eo libentius huic ſcriptioni manum admoui, quod à meo inſtituto minimè alienam viderem: quandoquidem

ex probatis authoribus constet scribendæ Historicæ prouinciam, quæ olim, teste Flauio Vopisco, Paganorum Pontificibus incumbebat, à multis retro sæculis, vbique, præsertim in Gallia nostrâ, monachis fuisse demandatam.

Tibi vero quam maximè, Decane sapientißime, hoc opusculum probari velim. Cum non me lateant præclaræ tuæ virtutes, inprimisque zelum illum plane eximium amplificandi honoris, & cultus Diuini, quo flagras, & quem tanti facio, vt proponendum eum toti Christiano orbi in exemplum merito iudicem. Siquidem is ad Cathedralem Ecclesiam Engolis-

mensem iam dudum ab immani Caluinistarum furore dirutam, & penè euersam, tuis qua sumptibus, qua suasionibus instaurendam, pristinoque splendori restituendam, te haud mediocriter inflammarit.

De Amphione Beotiæ Principe fabulantur Poëtæ, quod olim suaui Cytharæ concentu, è monte Cytherone saxa euocarit, quæ muris Thebarum compingendis, vltro sese, & veluti ex artis præscripto coaptarint, sed de te hoc verè & sine fuco dici potest, cum non modo suauissimis hortationibus, sed etiam magna pecuniæ vi, quauis Cythara suauiori effeceris, vt ingentes lapidum acerui hinc, inde educti, in

Templi Diuini restaurationem miro ordine coaluerint: Et ne quid, operarum incuriâ, ad structuræ perfectionem deesset, tu ipse, inter Cæmentarios, aliosque opifices dies integros tanta sedulitate transigebat, ut multi te mirarentur squalentem,

Atque indecoro puluere
sordidum.

Nec etiam, Vir egregie, ignoras quod ait Diuus Bernardus summum gradum eximiam virtutem decere. Namque Decanus in Ecclesiam primarium locum tenet post Episcopum, unde haud immerito magister Canonicorum à Concilio Moguntino* appellatur, eique tantus honor quondam delatus est, ut*

† Sic icitur nagiter Euitũ.
† Cebratũ iit an. 17. sub eone Papa.

*festis solemnioribus, non nisi præeunte apparitore, celebrandi Diuini Officij causa, domo exiret, nec Hebdomadarius, nisi, eo annuente, preces horarias inchoaret, imo diebus nostris sacra Congregatio rituum cuidam Decano * concessit Rocheti, seu Mazotæ vsum, nec non facultatem benedicendi ornamenta Ecclesiæ, vbi vnctio sacra non adhibetur.*

† Scilicet Ecclesiæ Zamorensis.

Certe nomen Decani, nomen honoris est, reperitur enim eminentioribus dignitatibus Ecclesiæ datum post summum Pontificem, dicitur siquidem Cardinalium Decanus, Decanus Episcoporum, & Decanus Doctorum Sorbonicorum, vt senior in huiusmodi ordine de-

ſignetur, quamuis non ſit nunc neceſſe Decanum Eccleſiæ ſiue Cathedralis, ſiue collegiatæ eſſe ſeniorem, ſed perſonam, quæ inter Canonicos faſtigium occupat.

Dum ego adhuc eſſem in ipſo iuuentutis vere, & tu Vir iam euaſiſſes, à meis crebrò audiuiſſe memini, te adeo optime literis inſtructum, adeoque maturitate prudentiæ ornatum, vt nemo ad egregiam aliquam dignitatem natum te non animaduerteret, nec fefellit, nec diu dilata fuit hæc ſpes omnium, nam non multũ temporis elapſum fuit, quando meritis cogentibus, in Officium Theſaurarij Eccleſiæ Cathedralis Ex-

golismensis (quod munificentiâ satis amplâ recens reuiuiscere feceras) annuente Episcopo, consentiente Decano, & omnum Canonicorum cœtu, electus es, nec vt in plerisque videmus, mores mutauit dignitas, imo te sublimiori gradu dignum omnibus probauit, scilicet dignitate Decanatus, qua tanta morum integritate, tantaque rerum intelligentia vsque adhuc fungeris, vt omnium bonorum amorem pariter & venerationem tibi concilies.

Sed quid hæc in lucem edo? Vtique melius tecum agam, si animi opes fortunæque, ac naturæ bona, quæ cumulaté in te sunt, silentij tenebris tegam,

nam modestia tua, mihi probè nota, nihil magis odit, quàm tuas decantari splendidè, & prolixius laudes.

Sufficiant igitur lectori, quæ de te iam in medium protuli, & sciat quod hæc & horum maiora me impullerint, vt hoc opusculum tuo nomini nuncupatum euulgarem. Iamdui enim optabam tibi specimen aliquod grati animi pro tuis in me meritis exhibere, tuarumque virtutum insignium monumentum quantulumcumque posteris relinquere. Deus optimus maximus te perdiu incolumem seruet, & cum ipsius domum terrestrem instauraueris, tandem te in sua cœlesti non minus meritis, quam

annis grauem benigne suscipiat. Hæc Decane, prudentissime, tibi feruenter exoptat, & expetit.

Parisijs è Cellula pridiè nonas *Sept.* 1652.

Tunc humillimus & obsequentissimus seruus,
Fr. P. à S. R. Fuliensis indignus.

PRÆFACIVNCVLA
AD LECTOREM.

HANC Epitomen Chronici Ademari dono accepi à viro de literis optimè merito, qui in Archiuis Episcopatus Engolismensis illam reperit. Multi illud Chronicon integrum in suis Bibliothecis habere se iactant, cuius tantum fragmenta quædam habent. Nicolaus Vignerius, alias vir doctissimus, passim in sua Bibliotheca Historiali, quam plurima ex Chronico S. Eparchij Engolismensis decerpsisse

ſcribit, ſcribit & Franciſcus Corlęus curioſiores narrationes ſuas ex Hiſtoria Francica Ademari Cabannenſis hauſiſſe, ſed illud Chronicon idem eſſe cum hac Epitome hos profectò latuit. Alij noſtrum Ademarum S. Eparchij Engoliſmenſis, alij S. Martialis Lemouicenſis monachum faciunt. Quidam opus ipſius Hiſtoriam Aquitanicam, & quidam Chronicon ſimpliciter nuncupant. Alij aſſerunt authorem opus ſuum à Carolo Martello vſque ad annum 1050 direxiſſe; & alij ab origine Francorum, ſeu à Pharamundo ipſorum primo Rege vſque ad Henricum primum deduxiſſe, & verius vt reor, licet aliqui quæcumque geſta fuerint ab illa origine vſque ad obitum Regis Gũtramni, Gregorio Turonenſi

Episcopo, & aliqui Adelemo S. Germani à pratis monacho attribuant. Verum ex mente doctiorum, & præsertim Domini Besly in vrbe* Fontis-naïadum nuper Aduocati Regij, antiquitatis indagatoris sagacissimi,* pro comperto habeo Epitomen hanc exceptam esse à toto Chronico Ademari Cabànnensis, monachi S. Martialis Lemouicensis, qui Roberto regnante scripsit, vsque ad annum 1028. Illa diuiditur in tres libellos, quorum prior completitur Dynastiam Merouingorum, secundus Dynastiam Carolinorum, & tertius Dynastiam Capetorum. Verum quia opusculum valdè imperfectum, mancumque reperi (nam sæpius Historiæ animâ, id est annorum serie, multisque alijs necessarijs

* Fontenay le Comte.

* In Historia Comit. Pictau. & Aquit. Ducũ.

caret) in animum mihi venit vt defectum ſuppleam, illud notis illuſtrare, & quædam interpolare, nec non vbicumque occaſio ſeſe offeret, mentionem facere S. Benedicti ſub cuius regula milito, & cui meũ ſcire, meum poſſe, meumque viuere poſt Deum ac ceptum fero.

Cæterùm ſcias velim in rebus narrandis me propoſuiſſe planè obuio dicendi caractere vti quare ſi nunc humi repat, ſi nunc nonnihil aſſurgat ſermo, hic vberior, & ibi reſtrictior ſit, memento non æqualiter nos omni tempore affectos, nec ſemper optatum adfuiſſe ingenij vigorem,

Te quoque, mi Lector, pede nũc, nũc ire caballo,
Nunc iuuat ire rotâ, nunc iuuat ire rate.

Faxit ſcientiæ & virtutis Deus,

vt nihil à calamo, menteque emanet, quod ad ipsius gloriam, tuumque profectum non vergat, hæc opto, hæc exoro. Vale.

SCRIPTORVM NOMINA, quorum testimonio & authoritate in Notis & Additionibus huius libri Domnus Petrus à S. Romualdo vsus est.

Monachus Anonymus S. Eparchij Engolismensis.

N

Nangius Historicus.
Nitardhus nepos Caroli magni.

O

Odo Abbas Cluniacensis.
Odo Abbas S. Mauri ad Ligerim.
Odorannus Senonensis monachus.

P

Papirius Masso.
Paulus Æmilius.
Petrus monach⁹ Melleacensis.
Petrus Damiani.
Petrus Pithæus.
Petrus de Marca.
Prosper Aquitanic. sub Clodione Rege.
Philippus Labbatius Iesuita.
Posseuinus Iesuita.

R

Regino Abbas Pruimiensis.
Renati Chopini monasticon.
Richerij monachi Senonensis Historia.

S

Sigeberti monachi Chronicon.
Suidas.

T

Theganus Corepiscopus Treuirensis.
Theodorus Niemus.
Turselinus Iesuita.

V

Vignerius.
Vinetus Santonensis.

HISTORIÆ FRANCORVM, SEV CHRONICI ADEMARI ENGOLIMENSIS, Monachi S. Martialis Lemouicensis EPITOME.

LIBELLVS PRIMVS, seu dynastia Merouingorum.

De origine Francorum.

TEXTVS.

POst subactum, ac diru- tum à Græcis Ilium Æ- neas, qui tunc temporis huius ciuitatis erat Rex, cum

Anno mundi 2824.

A. M. 2824 alijs Principibus Priamo scilicet & Anthenore, & reliquo exercitu Trojanorum, peruenit ad terminos Pannoniorum iuxta Meotides paludes, vbi ædificauit ciuitatem, quam appellauit Sycambriam.

NOTÆ.

Fallitur proculdubio Ademarus dicens Æneam ciuitatis Ilij fuisse Regem, &c. & cum Priamo, &c. nam ex omnibus Historicis & Poetis antiquis constat, ipsum Priamum regnasse in illa ciuitate, & occisum fuisse antequam Æneas ex Asia minori fugeret in Europam.

Vides tamen in cæteris eumdem Ademarum, quoad originem Francorum, amplexum fuisse opinionem Manethonis Ægyptij, & Ammiani Marcellini, quam videtur etiam amplecti Gregorius Turonensis, quem eiusdem opinionis authorem perperam facit Bodinus, & quam omnino sequitur Ado Viennensis, Fredegarius, Conradus Abbas Vspergiensis, Æneas

Sylnius, Robertus Gaguinus, Paulus Æmilius, Baptista Matuanus, Bellaius, & nubem aliorum, quos citat & iniurijs afficit parum modestè Ioannes Isacius Pontanus, alioquin grauis author & elegans. Fateor me illam quoque sequi in primo tomo Thesauri mei Historici & Chronologici, sed nequaquam sententiâ contraria à me reiecta, cum me non lateat, quod in rebus dubijs & valdè incertis abundare in suo sensu cuilibet liceat, præsertim cum tot, tantique sint nobiles, & non contemnendi authores, quos sequatur. Lege quod super hoc scripsit R. Pater Franciscus à S. Augustino Macedo minoris obseruantiæ in Portugallia, folio 230. sui propugnaculi Lusitano-Gallici impressi Parisiis anno Domini 1647.

A. M. 2824

TEXTVS.

364

Valentiniano Imperatore, tunc Romanorum Imperium regente, qui cum à gente Alamannorum pessima, quæ rebellis erat, vexaretur, voce præconis edixit, vt si

Anni Christi 364

qui gentem hanc delere possent, immunes per decem annos ab omni tributo, forent. Quod cum ad Trojanos peruenisset, insidijs, vbi se receperant Alamanni, vndique collocatis, de his tantam stragem ediderunt, vt pauci euaserint, qui vsque ad internecionem deleti non fuerint. Quapropter Valentinianus Imperator eos Francos appellauit, id est liberos, & ab omni tributo immunes.

NOTÆ.

Tunc Romanorum Imperium regente, &c. *Non scripsit Ademarus, vel qui eum abreuiauit, quo anno hoc gestum sit & sic in suo Chronico sæpe sæpius se gerit, quapropter hunc defectum supplebo, iuxta supputationem exactam in Chronologia scientia doctiorum, nam vt Tacianus Aßirius oratione ad Græcos ait.* Apud quos confusa & dissoluta temporum ratio, illis nec Historiæ veritas constare potest. *Et Diuus Chriso-*

stomus Homilia 2. in Isaiam. Quemadmodum agris termini, columnæque non sinunt arua confundi, sic tempora non sinunt confundi res gestas, sed dum dirimunt alias ab alijs, & in ordinem congruentem dirigunt, multa nos liberant turbatione.

A. C. 364

Eos Francos appellauit, &c. *Alij aliam huius appellationis caussam suggerunt; nempe nationis candorem, veritatem & generositatem. Nam Imperator Constantinus Magnus illam his virtutibus præditam publicauit in sua illa famosa constitutione, de qua Ioannes Curopalates loquitur referens eam de verbo ad verbum. Vt silentio prætereuam Stephanum 3. Papam, qui Francorum gentem præ cæteris esse illustrem enunciauit, & Domnum Antonium Perez Hispanum, qui fassus est coram nostro Rege Henrico 4. nuncupato magno, Francos non sibi animo similes habere, statimque de his citauit hos Sydonij Apollinaris versus.*

A. C. 364

Non timor, inuictique manent, animoque supersunt
Iam prope post animam, &c.

Adde quod Ioannes Isacius Pontanus dicat Francorum nomen à Francesca *quodam armorum genere oriri, sed nullus ei consentit.*

Vide de eorumdem origine memoriale Historiarum Ioannis Parisiensis Canonici Regularis, apud S. Victorem M. S. interim scribam Francorum mentionem primum fecisse Ciceronem, idque in sua Epistola ad Atticum, ubi sic ait, redeo ad Thebassas, Sueuos, Frangones, &c. *id est* Francones, *vt volunt præsertim Carolus Molinæus, Nizolinus, Alexander Scotus, & Lambertus.*

TEXTVS.

375

Decem annis elapsis, iterum Imperator misit exactores, cum Primario Duce Romanorum, qui à Francis consueta tributa exigerent, quæ cum pendere recusarent se iugiter liberos affirmantes, pugnam cum Romanis inie-

runt, eosque insidijs prius præparatis, deuicerunt. Quod audiens Imperator ira succensus, aciem contra Francos direxit, magnaque strage vtrimque perpetrata, ibi Priamus Dux eorum fortissimus occubuit. Egressi à Sicambria Franci in extremis Rheni fluminis partibus, & Germanorum oppidis se receperunt, vbi per multos annos cum suis Principibus, Marchomiro filio Priami, & Sunnone filio Anthenoris manserunt, consiliumque ineuntes vnum Regem habere, sicut & cæteræ gentes, decreuerunt. Quod cum probaret Marchomirus, filium ipsius Faramundum nomine super se regnare fecerũt.

A. C. 375

420

NOTÆ.

Iterum Imperator, &c. *Hic non erat Valentinianus, quia iam obierat, sed tunc imperabat eius frater Valens cum Gratiano.*

Faramandum nomine, &c. *Primus in Regum appellatione, & seriè*

A. C. *hic à nostris Historicus ponitur, de quo tamen nihil apud Gregorium Turon. extat, sed Prosperi Aquitanici Chronicum ad annum Honorij Imp. 26. hoc est Christi 400. illius ascribit exordium. Verum ferè cuncti Chronologi dicunt 420.*

420

TEXTVS.

427

Faramundo successit Clodio vel Clogio crinitus filius eius, qui Romanos à Rheno vsque ad Ligerim fluuium omnia occupantes fugauit. Regnauit annis 20.

NOTÆ.

433

Fugauit, &c. *Hunc tamen Clodionem vicit Maiorianus in Attrebatibus. Vide de hac re opus Papirij Massonis Posthumum recens ex Apographo Ioannis Baptistæ Massonis fratris ipsius euulgatum.*

ADDITIO.

Hoc tempore florebat Sedulius Presbiter Scotus author Hymnorum *A solis ortu card &c.* & *Enixa est purpura, &c.* Alij dant etiam illi hym. *Vexilla Regis prodeunt* sed negant alij, qui hunc tribuunt Theodulpho Episcopo Aurelia-

nensi, vel Fortunato Episcopo Pictauiensi. A. C. 433

Florebat etiam eodem tempore S. Romanus Presbiter, qui ad cœlum abijt, iuxta Sigibertum, anno 384. & fuit sepultus à S. Martino in Blauia a Castello, vbi postea constructa fuit Ecclesia & Abbatia in eius honore & nomine, quam dudum Hugoniti funditus pene destruxerunt. Blauia est ad ostium Garumnæ, & militaris dicitur Ausonio Epist. 11. vnde milites Garumnenses in notitia Imperij.

a Vel Blaia.

TEXTVS.

447 Clodione Rege defuncto, Meroueus vel Merouingus de genere eius Regnum accepit. Is genuit 449 Childericũ, qui Francorum Rex factus ab ipsis tandem ob nimiam luxuriam regno est expulsus, & in eius locum Egidius ex Romanis suffectus, qui cum octo annos super eos regnasset, quoniam illos acrius opprimebat; regno etiam ab ipsis pulsus est & Childericus reuocatus, qui Basinam Reginam Bissini Regis Toringorum, apud quem diu latuerat, & cum qua

A. C. 449

adulterium commiſerat, matrimonio ſibi copulauit, ex qua Clodoueum ſuſcepit & Audeflédem, quam duxit vxorem Theodoricus Viſigothorum Rex in Italia. Regnauit Childericus annis 24.

NOTÆ.

Merouęus de genere eius, &c. *Abbas Vſpergenſis, filium naturalem Clodionis Comati, alij parentem eſſe volunt. Huic poſtea bellum erit cum Clodionis filijs, qui nunc pueri apud Tungros cum matre manebunt. Qua ratione cum Merouęo pacificati fuerint, incertum. Quidquid ſit ab eo incipit prima dynaſtia regni Franciæ. Alijs tamen dicitur ſecunda dynaſtia Francorum, reſpectu ſcilicet proximè præcedentis. Sed reuera eſt prima dynaſtia Regum Francorum.*

Is genuit Childericum, qui Francorum Rex factus, &c. *Primus, vt habent Franciæ Hiſtoriæ, præeſt Francis, & Gallis in vnum iam coaleſcentibus. Fateri tamen oportet,*

incerta illis initijs fuisse regni incrementa, & omnes Clodoueum insigniorem regni fundatorem agnoscunt. A. C. 449

ADDITIO.

Attila Hunorum Rex Gallias cum memorabili exercitu inuadens, cogitur, soluta, obsiditione Aurelianensi, descendere in aciem cum Ætio nuper Consule. Profligatus ille in Campis Catalaunicis (vbi sit campus non conuenit inter authores) à Romanis, Visigothis, & Francis sub Rege Meroueo, quem cum eximijs laudibus dimisit Ætius parta victoria. Postea Meroueus ditionem suam in Gallia dilatauit, occupatasque Prouincias Franciam nominauit 451

Interim Auitus Gallus a Galliarum gubernator, & socer Sydonij Apollinaris ab exercitu Gallicano (alijs Romano) Tolosæ renunciatur Imperator Occidētis, post occisionem Valentiani, & mox Maximi Tyranni, statimque pacem cum Gothis firmat, sed ab eis destitutus Imperio, vitaque caruit, iuxta Idacium, at iuxta Paulum Diaconum, posito Imperio Placentinus Episcopus factus est. Imperauit solum 10. menses & dies 8 habuitque successorem Maiorianum. 455

a Auernus.

A. C. Hoc tempore, florebat Ruricius Episcopus Lemouicensis qui duos Libros
455 Epistol. scripsit, quos Henricus Canisius adidit, Tom. 5. lectionis antiquæ.

474 Zenon Imperat in Oriente & nouam fidei formulam promulgat ita callidè conceptam, vt in eam hæretici perinde, ac Catholici consentiri possent, quod *Henoticon* id est *Conciliatorium* appellat. In ea tacita inerat Concilij Calcedonensis abrogatio : sed huic nefario edicto Episcopi Catholici restiterunt, & inter alios caput omnium Fœlix Romanus Pontifex.

TEXTVS.

484 Clodoueus vbi Regnum Francorum recepit cum Regnachario parente suo, bellum aduersus Siagrium Romanorum Regem filiū Egidij in Suessione ciuitate manentem, mouit, eumque interfecit & Regnum eius ac Thesauros in suo dominio recepit. Filiū postea ex concubina nomine Theodoricum suscepit, nec non ex Clotilde legitima vxore Christiana filia Chilperici Gundicarij Regis Burgundionum filij, Ingo-

merem, qui paruulus mortuus est, A. C. & Clodomerem. 484

NOTÆ.

Clodoueus, vbi Regnum Francorum recepit, &c. *Regnauit in Paganismo annis 15. & totidem in Christianismo. Hic primus tum vi, tum industria omnino expulit è Gallia Romanos.*

Ex Clotilde, &c. *Putatur tantum anno 490. Clodoueus eam duxisse uxorem.*

Lib. M. S. Monasterij S. Ioannis 497 [a] *Diæcesis Lingonensis, quod vocabatur olim (Reomaus) refert hoc anno à Clodoueo datum huic fuisse insigne priuilegium, quia Rex illum sanctum in suum protectorem specialiter assumebat, sed nundum hoc tempore Clodoueus Burgundiæ erat Dominus, imo nec Christianus, ideoque falsitatis priuilegium prorsus suspectum videtur. Huius meminit R. P. Labbatius Iesuita, & falsum merito putat in suo* [a] *Miscellaneo curioso, cap. 1. de Rege Clodoueo.*

a Munster S. Ioan.

a Pag. 186.

A. C. 499

TEXTUS.

Clodoueus cum Alemannis, & Sueuis dimicans, dum exercitus eius hostium viribus cæderetur, ab Aureliano admonitus Deum cœli, quem Clotildis adorabat, inuocauit, & statim victor extitit.

Pugna de Tolbiac.

Fuit is primus Rex Francorum Christianus, & decimo 15. anno regni sui à S. Remigio Rhemensium Episcopo sancto charactere insignitus, & baptisatus est.

Fuit tūc vocatus Sicamber.

NOTÆ.

Baptisatus, &c. *Hoc gestum fuit Rhemis, sed certant authores de die. Gregorius Turonensis, Hincmarus Rhemensis Archipræsul, & Flodoardus Canonicus eiusdem Ecclesiæ, vocant illum diem Paschalem. Sed Auitus Archipræsul Viennensis Temporaneus eiusdem Clodouei scribit natalem Christi in quadam Epistola ad ipsum Regem. Hanc refert Pater Sirmondus S. I. inter Concilia Gallicana. Quantum ad Ampulam Chrismatis Co-*

lumba ore cœlitus allatam vide Aimonium, Baronium, & alios. De lilijs vero, vt essent deinceps insignia electis, lege Æmilium, cum ad eam diem *inquit*, tribus diadematibus in alba Parma depictis, Rex vsus fuisset. *Trithemi⁹ Leonē fuisse vult, alij aliud. Quidquid sit ille Rex Paulo ante mortem misit coronam auream Romam, vt inde toti mundo ostenderet à se haberi S. Petrum pro Principe Apostolorum, Ecclesiam Romanum pro vera Ecclesia, Papam pro vero S. Petri successore, qui nullum habet æqualem, nec superiorem in spiritualibus, sed est super omnes tam Ecclesiasticos, quam sæculares, vel laïcos in vim horum verborum Christi*, Pasce agnos meos, Pasce oues meas.

A. C. 499

Obserua, quod post hoc baptisma summus Pontifex S. Remigium suum Vicarium in tota ditione Clodouei crearit, sed non fuit primus, qui hunc honorem nostris Gallis detulit, nam Zozimus Papa eundem iam detulerat Auxiano Archipræsuli Arelatensi

A. C. 499

anno 417. Quem tamen honorem alius Papa transtulit ad Viennensem Archiepiscopum. Vnde nata sunt plurimæ querimoniæ inter vtramque ciuitatem Viennam & Arelatem vrbem, quæ ab Ausonio Poetâ Garrula Roma vocatur.

TEXTVS.

Sorores Clodouei fuerunt Albosedis & Lantildis, quæ cum ipso his nominibus baptisatæ sunt.

NOTÆ.

Erant ambæ Arriani dogmatis veneno infectæ, sed lustrali aqua à S. Remigio de nouo tinctæ ad veram religionem conuersæ sunt exhortationibus faustis B. Genouefuæ, & Clotildis Reginæ, quæ iam sacra illa aqua imbui curarat filias suas, in primisque Theodechildem, quæ S. Petri viui Senonensis monasterium postea fundauit mense Octobri indictione 1. diplomate dato Parisiis, vrbe Regia, isque est annus Christi 507. non tamen tertius à baptismo Clodouei, vt vult Odora-

nus, siue quis alius auctor Chronici M.S. in illo Monasterio asseruati Choppinus lib. 1. Monast tit. 3. num. 19 mentionem facit illius diploma is tãquam veri, sed fatendum est falsitatis valde suspectum esse, cum in eo reperiatur signum S. Austregesilli (S. Austrille) Archiepiscopi Bituricensis, qui non hanc dignitatem adeptus est, nisi anno 612. quo erat Gunterani Regis mapparius, id est mappæ, seu mantilis manibus tergendis porrector. Cæterum S. Petri viui Abbas primum in Synodo Diœcesana locum tenet ab anno 989. quod præsideat in Monasterio Religione pariter & doctrina famoso, & sanctorum pignoribus copiose referto, vt testatur vita S. Theodorici huius loci alumni, & postea Episcopi ss. Aurelianensis.

A. C. 499

TEXTVS.

Vixit tunc temporis S. Eparchius Engolismensis Solitarius.

NOTÆ.

Multos authores legi, qui hunc sanctum dixere Episcopum Engolismen-

A. C. 499

sem, sed reuera tantum Abbas extitit propemuros Engolisma, quo venerat Petrogora, vbi Pater ipsius nomine Fœlix Aureolus comes erat.

Cæterum Author noster cum esset Benedictinus Monachus poterat etiam scribere, quod tunc temporis vixerit quoque Sanctus Benedictus in toto Occidente celeberrimus, qui ab anno 494. Christi solitudinem petierat, vbi ei contigit illa ardens carnis tentatio, quam non nisi cruore suo extinxit nudum se proyciens in veprium spinas. Quod tamen Georgius Fabricius damnatæ memoriæ scriptor damnat his verbis malignitatem & calumniam æquè redolentibus. Lupercum fecerũt Cassinates Benedictum hunc, per patriam narrant cucurrisse nudum, quod de viro erudito & Religioso affirmari prophanum est. *Sic ille. Sed quinam sunt illi Cassinates qui Benedictum Lupercum fecerunt? Gregorius quidem Pontifex Maximus de Benedicto affirmat, quod quadam die, dum solus esset, grauique*

tentatione carnis vrgeretur, in ſpinarum aculeis ſe nudum voluerit. An hoc, quæſo, eſt Lupercum agere? An quicumque quouis modo aliquando nudi fuerint, continuo nuncupandi ſunt Luperci? Ita ſcilicet & nudos, in Paradiſo protoplaſtos Lupercos forſitan dixerit? & illum quoque adoleſcentem, qui Marci 14. v. 51. captiuum ſequens Chriſtum amictus ſyndone ſuper nudo, *quem cum tenerent*, reiecta ſyndone nudus profugit. *Quid igitur hic commune cum Lupercis? curſitabant hi menſe Februario nudi per vrbem, vt Ouidius 2. faſtorum ſcribit. Gregorio teſte Benedictus ſolus erat in Eremo. Luperci ſi Liuio credimus obuias puellas ſcuticis per iocum pulſabant, quibus ſtultè, creditum fœcunditatem procurari. At Benedictus in ſeipſum animaduertit.*

A. C. 499

Edomans carnem, ſubigenſque Chriſto
Tortor acerbus.

A. C. *TEXTVS.*

500 Clodoueus Gundebaldum Burgundionum Regem tributa per singulos annos Francorum regibus pendere coegit.

NOTÆ.

Mouerat contra eum bellum, impellente Clotilda uxore, & vicerat apud Diuionem in acie. Addit Æmilius Clodoueum exegisse ab eo, vt mediam partem regni sui Fratri Godegesillo relinqueret.

ADDITIO.

501 Hoc anno Gundebaldus Galliam Cisalpinam populatur, & Paulo post Fratrem suum Godegesillum occidit Viennæ, ob quæ Clodoueus mouit castra in illum, & vicit eum iterum, nec non abstulit ab eo ditionem, quæ, est cis Ararim, & sibi retinuit.

Interim Vtherus Britannorum Rex moritur, & ei succedit filius Artus seu Arthurus ille tantopere decantatus, cuius tabula rotunda in Vintoniensi castro nuper visebatur.

TEXTVS.

Vixit his temporibus S. Mamertus Viennensis Episcopus,

fuitque primus qui ieiunium Triduanum ante Ascensionem Domini populo indixit: Quod deinceps omnes Ecclesiæ Christianorum imitatæ sunt, Litanias Triduanas ante Ascensionem Domini vbique recolentes.

A. C. 501

NOTÆ.

Præposterè author ponit hic S. Mamertum vel Mamericum. Nam ex Adonis Chronico videtur obijsse anno 458. Cæterum Litanias illas, seu processiones non ille instituit, sed solum restituit, nam erant in vsu ab æuò Diui Hieronimi, vt testatur Valfridus Strabo. Lutherani eas correxere suo modo supprimendo inuocationem S. Trinitatis, & Sanctorum, orationem pro summo Pontifice, pro defunctis, & pro impetratione pænitentiæ, & addendo hanc imprecationem. Vt nos à blasphemijs, Libidinibus, homicidijs, Turcarum, & Papæ Tyrannide, liberare digneris, te rogamus audi nos, &c.

A. C.

ADDITIO.

506 Florebat tunc temporis S. Alcimus Auitus Episcopus Viennensis filius Isicij & successor eius in illo Episcopatu. Vide Agobardum pag. 115. vbi dicitur fide Catholicus, eloquentia facundissimus, ingenio acerrimus, sacrarum scripturarum expositor suauissimus, literarum etiam sæcularium doctissimus in metris facillimus. Vide etiam Baronium in Martyrologio v. Februarij, & in Annalibus Eclesiasticis.

TEXTVS.

507 Clodoueus reportata ex Marico Gothorum Rege Arriano victoria, & Aquitaniæ ciuitatibus libertate donatis, Parisios reuersus Templum ædificauit, quod Principi Apostolorum Petro vouerat pro victoria. Hodie Genouefeum dicitur.

NOTÆ.

Vocare debeat author illum Gothorum Regem non Maricũ sed Alaricũ, quem suapte manu Clodoueus peremit decimo ab vrbe Pictauorum miliario. Malè etiam Franciscus Corlæus Procurator Regius Engolismæ illam victoriam

refert ad annum 509. nam Cardinalis Baronius egregius temporum Supputator refert ad annum 507. Imperij Anastasij 17. & 22. Alarici. Quidquid sit Clodoueus eripuit tunc Aquitaniam [a] *Gothis, quibus ab anno 419. Imperator Honorius eam in persona Vallia eorumdem Regis libere cesserat, ea tamen lege, vt fideliter Imperatori militarent, quoties iuberentur.*

A. C. 507

[a] Sub hoc nomine Biarnium cōprehenditur.

TEXTVS.

Florebat tunc temporis S. Hilarius Pictauensis Episcopus virtutibus & doctrina clarus.

NOTÆ.

Est hic error Chronologiæ, in quem pariter lapsus est doctus quidam [a] *Pater Societatis Iesu dicens, quos Clodoueus primus Rex Christianus inter Gallos iussum acceperit à S. Hilario, vt inuaderet, Alaricum Regem Visigothorum in planicie de* Siuaux *: nam hoc esse nequit. Quandoquidem ille sanctus migrauit in cælum idibus Ianuarij, Valentiniano & Valente Imperatoribus post Christum natum 369.*

[a] Pater Garassus en ses Antirech. pag. 56. error in eo est multæ Indoctis.

A. C. 507

vt refert Breuiarium monasticum. Cæterum huius sancti Libros inofenso pede decurri à quoquam posse (ait D. Hieronimus) attamen duos errores protulit asserens 1. quod Christus nullum passus sit dolerem in sua passione, & 2. quod nullum incorporeum esset creatum. Cui respondit Claudius Presbiter Lugdunensis, ad 1. inquiens, igi- Dominus noster non passus est. Et ad 2. ergo anima non est creata, quia est incorporea, & nisi sit creata cratura Dei esse non potest.

508

TEXTVS.

Clodoueus cum Engolismam ciuitatem veniret, tantam ei Dominus gratiam contulit, vt in eius aduentu muri corruerent.

NOTÆ.

a L. 2. hist.

b Citatur à Chop. l. 3. de sacra politiтia for. tit. 4.

Paulo aliter Greg. Turon. loquitur. a Engolismam inquit venit (Rex) cui Dominus tantam gratiam tribuit, vt in eius contemplatione muri sponte corruerint. At Aymonius scribit solum hos muros suapte sponte ruisse. Vnde Paulus Æmilius ansam arripuit referendi

ferendi, quod non miraculosè hæc ruina euenerit, sed præ murorum vetustate. *Verũtamen in errorem ruit certißimè, nam Sigebertus prædictam ruinam attribuit expreßè miraculo, sicut & vetus codex manuscriptus,*[a] *continens nomina, & gesta Pontificum & Comitum Engolismensium, qui sic ait.* Prædictus Rex (*scilicet Clodoueus*) Engolisnam obsidens, quam nefandissima gens Gothorum occupauerat, & iam Pontificatum ipsius vrbis sibi vsurparat à tempore S. Ausonij, consilio Capellani sui (*Aptony nempe*) sacrosanctas reliquias sanguinis, & aquæ contra muros extollere fecit, & statim muri corruerunt, captaque ciuitate, interfectisque Gothis, & expulso Arriano Episcopo Gothorum, Capellanum suum Aptonium consecrari fecit, & in prædicta ciuitate constituit Episcopũ, qui reliquias sanguinis & aquæ Cathedrali Ecclesiæ obtulit, in qua vsque in præsens continen-

A. C. 508

a Citatur à Chop. l. 3 de sacra politia, tit. 4.

A. C. 505 tur, & maximo honore venerantur. *Hactenus ille codex vetus.*

Caterùm Guillelmus du Peyrac Eleemosinarius Regius in sua Historia Ecclesiastica Curiæ, putat illas reliquias sanguinis & aquæ asportatas esse ab Oriente. Et quidem meritò, nam Breuiarium antiquum Engolismensè id refert die 9. Nouem. quo solemnitas harũ reliquiarũ celebratur in Ecclesia Cathedrali, sic loquens in prima lectione. Scriptum reperitur, quod in die huiusmodi quondam in Beritho ciuitate Syriæ quibusdam Iudeis omnino eadem in imagine Domini nostri Iesu Christi facientibus, quæ ab eorum prædecessoribus in ipsum Dominum in sua passione facta fuerant, dum latus eius imaginis lancea transfixum est, ex eadem perforata imagine miraculosè exiuit sanguis, & aqua, sicut prius ex ipso Domini latere exierat, vnde & multi Iudei ad fidem conuersi, & plerique à diuersis infirmitatibus eodem

Pag. 26. c. 27.

perunﬁti ſanguine ſanati ſunt. Scriptum eſt etiam Synodica conſtitutione prohibitum fuiſſe, a ne quis Domini ſanguis in orbe eſſe crederetur, niſi huiuſmodi miraculoſus, qui in ampullis vitreis per diuerſas Eccleſias diſperſus eſt.

De ipſis pariter ſermonem videtur habuiſſe in ſuis ſcriptis D. Athanaſius. b *Attamen, vt verum fatear, tota hæc Hiſtoria valde eſt dubia & incerta. Nam Sigibertus hanc eueniſſe tantum refert anno 766. Vide Peleum in ſuis actionibus forenſibus, & Fauchetum in ſuo tractatu de Capellanis Regijs.*

A. C. 508.

a Sic definiuit Suarez.

b In libello de paſſione imaginis Domini N. I. C. qualiter crucifixa eſt in Syria in vrbe Berito. Refertur etiã in Synodo 7. Occumenica art. 4. & apud Suriũ 9 Nou.

TEXTVS.

Primo Engoliſmæ ciuitatis Arriano Epiſcopo à Clodoueo expulſo in eius locum Epiſcopus creatus eſt Aptonius Clodouei Capellanus.

NOTÆ.

Quod idem Aptonius nonobſtante ſua noua dignitate Epiſcopali non de-

A. C. 508

sierit fungi officio suo Capellani, seu Presbyteri domestici Regis; quandiu mansit Rex Clodoueus in Aquitania, idcirco prætenserunt eius successores Episcopi Engolismenses ius eodem Officio fungendi, cum Reges huius regni in illa Prouincia dimorantur.

Verumtamen hæc Historia non est conformis ei, quam Claudius Robertus, scribit in sua Gallia Christiana, nempe Lupicinum tunc temporis fuisse Episcopum Engolismensem, & vt talem interfuisse Concilio Aureliaanensi anno Domini 507. & etiam 2. anno 536. hic Lupicinus erat ne Arrianus? vel à Catholicis electus pro Episcopo Gothorum Arriano?

Pag. 323.

Cæterum author Chronici nullam facit mentionem illius primi concilij Aurelianensis, quod ad instantiam S. Remigij Clodoueus euocauit. Celebratum fuit anno 511. [a] & ei præfuit Cyprianus Burdigalensis Episcopus præsentibus S. Gildardo Rhotomagensi, Eusebio Aurelianensi, S. Melanio Rhedonensi, Sophronio Vereman-

a Pater Sirmōdus S. I. in suis notis ad Gōcilia.

densi, & multis alijs Episcopis sanctitate conspicuus, qui tamen sic sunt locuti in 6. Canone. Nullus sæcularium ad Clericatum, & Monachatum, nisi aut cum Regia iussione, aut cum Iudicis voluntate accedere præsumat.

*Idem postea sanxit Carolus Magnus prohibes * etiam filijs-familias ne fierent Monachi, absque parentum suorum consensu,* b *vt legitur in* 120. *capitularium apud Marculphum l.* 1. *c.* 19. *Aduocati Regij, non obliti sunt ea in suis orationibus ad Senatum.*

A. C. 508

*Iã Imperator Mauritius, idem sanxerat, vnde à S. Greg. Papa reprehensus fuit.

b Hoc non habet vim à regno Regis Hugonis Capeti.

ADDITIO.

509

Hoc anno moritur Gundebaldus Burgundionum Rex, relictis filijs duobus Sigismundo, & Gothomaro. Successit ille patri in media parte regni, vt eo laudandus, quod paulo post ad Catholicam fidem ab Arriana hæresi transierit, diligentia S. Auiti Episcopi Viennensis, sic innocentis filij cœde culpandus, quem è Theodorici filia susceptum, posteriori instigante coniunge, peremit, quod tamen scelus in Agaunensi à se condito Monasterio haud paucorum dierum ieiunijs, lachrimisq; diluit.

A. C. *TEXTVS.*

500 Clodoueus Gundebaldum Burgundionum Regem tributa per singulos annos Francorum regibus pendere coegit.

NOTÆ.

Mouerat contra eum bellum, impellente Clotilda vxore, & vicerat apud Diuionem in acie. Addit Æmilius Clodoueum exegisse ab eo, vt mediam partem regni sui Fratri Godegesillo relinqueret.

ADDITIO.

501 Hoc anno Gundebaldus Galliam Cisalpinam populatur, & Paulo post Fratrem suum Godegesillum occidit Viennæ, ob quæ Clodoueus mouit castra in illum, & vicit eum iterum, nec non abstulit ab eo ditionem, quæ, est cis Ararim, & sibi retinuit.

Interim Vtherus Britannorum Rex moritur, & ei succedit filius Artus seu Arthurus ille tantopere decantatus, cuius tabula rotunda in Vintoniensi castro nuper visebatur.

TEXTVS.

Vixit his temporibus S. Mamertus Viennensis Episcopus,

fuitque primus qui ieiunium Triduanum ante Ascensionem Domini populo indixit: Quod deinceps omnes Ecclesiæ Christianorum imitatæ sunt, Litanias Triduanas ante Ascensionem Domini vbique recolentes.

A. C. 501

NOTÆ.

Præpostere author ponit hic S. Mamertum vel Mamericum. Nam ex Adonis Chronico videtur obiisse anno 458. Cæterum Litanias illas, seu processiones non ille instituit, sed solum restituit, nam erant in usu ab æuo Diui Hieronimi, vt testatur Valfridus Strabo. Lutherani eas correxere suo modo supprimendo inuocationem S. Trinitatis, & Sanctorum, orationem pro summo Pontifice, pro defunctis, & pro impetratione pænitentiæ, & addendo hanc imprecationem. Vt nos à blasphemijs, Libidinibus, homicidijs, Turcarum, & Papæ Tyrannide, liberare digneris, te rogamus audi nos, &c.

A. C.

ADDITIO.

506 Florebat tunc temporis S. Alcimus Auitus Episcopus Viennensis filius Isicij & successor eius in illo Episcopatu. Vide Agobardum pag. 115. vbi dicitur fide Catholicus, eloquentia facundissimus, ingenio acerrimus, sacrarum scripturarum expositor suauissimus, literarum etiam sæcularium doctissimus in metris facillimus. Vide etiam Baronium in Martyrologio v. Februarij, & in Annalibus Eclesiasticis.

TEXTVS.

507 Clodoueus reportata ex Marico Gothorum Rege Arriano victoria, & Aquitaniæ ciuitatibus libertate donatis, Parisios reuersus Templum ædificauit, quod Principi Apostolorum Petro vouerat pro victoria. Hodie Genouefeum dicitur.

NOTÆ.

Vocare debeat author illum Gothorum Regem non Maricũ sed Alaricũ, quem suapte manu Clodoueus peremit decimo ab vrbe Pictauorum miliario. Malè etiam Franciscus Corlæus Procurator Regius Engolismæ illam victoriam

refert ad annum 509. nam Cardinalis Baronius egregius temporum Supputator refert ad annum 507. Imperij Anastasij 17. & 22. Alarici. Quidquid sit Clodoueus eripuit tunc Aquitaniam [a] *Gothis, quibus ab anno 419. Imperator Honorius eam in persona Vallia eorumdem Regis libere cesserat, ea tamen lege, vt fideliter Imperatori militarent, quoties iuberentur.*

A. C. 507

a Sub hoc nomine Biarnium cõprehenditur.

TEXTVS.

Florebat tunc temporis S. Hilarius Pictauensis Episcopus virtutibus & doctrina clarus.

NOTÆ.

Est hic error Chronologiæ, in quem pariter lapsus est doctus quidam [a] *Pater Societatis Iesu dicens, quos Clodoueus primus Rex Christianus inter Gallos iussum acceperit à S. Hilario, vt inuaderet, Alaricum Regem Visigothorum in planicie* de Siuaux : *nam hoc esse nequit. Quandoquidem ille sanctus migrauit in cœlum idibus Ianuarij, Valentiniano & Valente Imperatoribus post Christum natum 369.*

a Pater Garassus en ses Antirech. pag. 56. error in eo est multæ lectionis.

A. C. 507

vt refert Breuiarium monasticum. Cæterum huius sancti Libros inofenso pede decurri à quoquam posse (ait D. Hieronimus) attamen duos errores protulit asserens 1. quod Christus nullum passus sit dolorem in sua paßione, & 2. quod nullum incorporeum esset creatum. Cui respondit Claudius Presbiter Lugdunensis, ad 1. inquiens, igi- Dominus noster non passus est. Et ad 2. ergo anima non est creata, quia est incorporea, & nisi sit creata cratura Dei esse non potest.

508

TEXTVS.

Clodoueus cum Engolismam ciuitatem veniret, tantam ei Dominus gratiam contulit, vt in eius aduentu muri corruerent.

NOTÆ.

Paulo aliter Greg. Turon. loquitur. a *Engolismam inquit venit (Rex) cui Dominus tantam gratiam tribuit, vt in eius contemplatione muri sponte corruerint. At Aymonius scribit solum hos muros suapte sponte ruisse. Vnde Paulus Æmilius ansam arripuit referendi*

a L. 2. hist.

b Citatur à Chop. l. 3. de sacra politicia for. tit. 4.

ferendi, quod non miraculosè hæc ruina eueneri t, sed præmurorum vetustate. Verũtamen in errorem ruit certissimè, nam Sigebertus prædictam ruinam attribuit expressè miraculo, sicut & vetus codex manuscriptus,[a] *continens nomina, & gesta Pontificum & Comitum Engolismensium, qui sic ait.* Prædictus Rex (*scilicet Clodoueus*) Engolisnam obsidens, quam nefandissima gens Gothorum occupauerat, & iam Pontificatum ipsius vrbis sibi vsurparat à tempore S. Ausonij, consilio Capellani sui (*Aptonij nempe*) sacrosanctas reliquias sanguinis, & aquæ contra muros extollere fecit, & statim muri corruerunt, captaque ciuitate, interfectisque Gothis, & expulso Arriano Episcopo Gothorum, Capellanum suum Aptonium consecrari fecit, & in prædicta ciuitate constituit Episcopũ, qui reliquias sanguinis & aquæ Cathedrali Ecclesiæ obtulit, in qua vsque in præsens continen-

A. C. 508

a Citatur à Chop. l. 3 de sacra politia, tit. 4.

A. C. 508

tur, & maximo honore venerantur. *Hactenus ille codex vetus.*

Cæterùm Guillelmus du Peyrac Eleemosinarius Regius in sua Historia Ecclesiastica Curiæ, putat illas reliquias sanguinis & aquæ asportatas esse ab Oriente. Et quidem merito, nam Breuiarium antiquum Engolismense id refert die 9. Nouem. quo solemnitas harũ reliquiarũ celebratur in Ecclesia Cathedrali, sic loquens in prima lectione. Scriptum reperitur, quod in die huiusmodi quondam in Beritho ciuitate Syriæ quibusdam Iudeis omnino eadem in imagine Domini nostri Iesu Christi facientibus, quæ ab eorum prædecessoribus in ipsum Dominum in sua passione facta fuerant, dum latus eius imaginis lancea transfixum est, ex eadem perforata imagine miraculosè exiuit sanguis, & aqua, sicut prius ex ipso Domini latere exierat, vnde & multi Iudei ad fidem conuersi, & plerique à diuersis infirmitatibus eodem

Pag. 26. c. 27.

perunčti sanguine sanati sunt. Scriptum est etiam Synodica constitutione prohibitum fuisse, a ne quis Domini sanguis in orbe esse crederetur, nisi huiusmodi miraculosus, qui in ampullis vitreis per diuersas Ecclesias dispersus est.

De ipsis pariter sermonem videtur habuisse in suis scriptis D. Athanasius. b *Attamen, vt verum fatear, tota hac Historia valde est dubia & incerta. Nam Sigibertus hanc euenisse tantum refert anno 766. Vide Peleum in suis actionibus forensibus, & Fauchetum in suo tractatu de Capellanis Regijs.*

A. C. 508.

a Sic definiuit Suarez.

b In libello de passione imaginis Domini N. I. C. qualiter crucifixa est in Syria in vrbe Berito. Refertur etiã in Synodo 7. Oecumenica art. 4. & apud Suriũ 9 Nou.

TEXTVS.

Primo Engolismæ ciuitatis Arriano Episcopo à Clodoueo expulso in eius locum Episcopus creatus est Aptonius Clodouei Capellanus.

NOTÆ.

Quod idem Aptonius nonobstante sua noua dignitate Episcopali non de-

A. C. 508

fierit fungi officio suo Capellani, seu Presbyteri domestici Regis; quandiu mansit Rex Clodoueus in Aquitania, idcirco prætenserunt eius successores Episcopi Engolismenses ius eodem Officio fungendi, cum Reges huius regni in illa Prouincia dimorantur.

Pag. 323.

Verumtamen hæc Historia non est conformis ei, quam Claudius Robertus, scribit in sua Gallia Christiana, nempe Lupicinum tunc temporis fuisse Episcopum Engolismensem, & vt talem interfuisse Concilio Aurelianensi anno Domini 507. & etiam 2. anno 536. hic Lupicinus erat ne Arrianus? vel à Catholicis electus pro Episcopo Gothorum Arriano?

Cæterum author Chronici nullam facit mentionem illius primi concilij Aurelianensis, quod ad instantiam S. Remigij Clodoueus euocauit. Celebratum fuit anno 511. [a] *& ei præfuit Cyprianus Burdigalensis Episcopus præsentibus S. Gildardo Rhotomagensi, Eusebio Aurelianensi, S. Melanio Rhedonensi, Sophronio Vereman-*

a Pater Sirmōdus S. I. in suis notis ad Gōcilia.

densi, & multis alijs Episcopis sanctitate conspicuus, qui tamen sic sunt locuti in 6. Canone. Nullus sæcularium ad Clericatum, & Monachatum, nisi aut cum Regia iussione, aut cum Iudicis voluntate accedere præsumat.

*Idem postea sanxit Carolus Magnus prohibēs * etiam filijs-familias ne fierent Monachi, absque parentum suorum consensu,* b *vt legitur in* 120. *capitularium apud Marculphum l.* 1. *c.*19. *Aduocati Regij, non obliti sunt ea in suis orationibus ad Senatum.*

A. C. 508

*Iā Imperator Mauritius, idem sanxerat, vnde à S. Greg. Papa reprehensus fuit.

b Hoc non habet vim à regno Regis Hugonis Capeti.

ADDITIO.

Hoc anno moritur Gundebaldus Burgundionum Rex, relictis filijs duobus Sigismundo, & Gothomaro. Successit ille patri in media parte regni, vt eo laudandus, quod paulo post ad Catholicam fidem ab Arriana hæresi transierit, diligentia S. Auiti Episcopi Viennensis, sic innocentis filij cœde culpandus, quem è Theodorici filia susceptum, posteriori instigante coniunge, peremit, quod tamen scelus in Agaunensi à se condito Monasterio haud paucorum dierum ieiunijs, lachrimisq; diluit.

509

A. C. Eodem tempore florebat apud Scotos Merlinus ille pro vate habitus.

510 Debellatis Clodoueus Rex multis Principibus, Basolum Ducem Aquitaniæ, seu Aruenia in carcerem Senonicum immisit, sed virgo Theodechildis precibus à patre obtinuit, vt eum in Monasterio S. Petri viui Monachum faceret tonsuratum. Quod fecit, & ipse dux mox eidem Monasterio Mauricium vicum in Aluernia, causa deuotionis, sponte resignauit. Vixit autem religiosè sub Abbatis Imperio multis annis. *Author Chronici M. S. Senonensis.*

TEXTVS.

514 Regnauit Clodoueus annis 30. & mortuus sepultus est in Basilica S.Petri, quam ædificauerat.

NOTÆ.

Et mortuus, &c. *Paulo ante Virduno hic ad Aurelianos veniens secum adduxerat Eusicium, & eius nepotem Maximinum, qui exornarunt Monasterium Initiacense, ita Aymonius, sed hunc Sigibertus Maximum, monasteriumque ipsum miciacense vocat, & hodie adhuc nomen retinet, sicut notat R. Pater Peteau Iesuita*

in suo rationario temporum. Porro Clodoueus obijt Lutetiæ ætatis suæ anno 45. ab obitu S. Martini 112. iuxta Greg. Turon. b

A. C. 514 Part. 1. c. 7.

b L. 2. Histori c. 41. & 43.

Sepultus in Basilica S. Petri quam ædificauerat, &c. *Est nunc S. Genouefua Parisiensium Patrona, quæ eodem tempore florebat. Illam Franciscus Cardinalis de la Rochefoucaud loci Abbatis Commendatarij marmorea è lateritia nuper reddidit, tanto domus Dei zelo flagrabat.*

TEXTVS.

Mortuo Clodoueo quatuor eius filij Theodoricus, Clodomirus, Childebertus, & Clotarius, fratres regnum Francorum inter se concorditer diuidunt.

NOTÆ.

Primus eorum sedem regni apud Metas habuit, 2. apud Aurelianos, 3. Lutetiæ, & 4. in Suessionibus. Quod totum actum fuit Francorum damno non paruo. Quisque enim eorum conatus est regnum suum tueri, & augere in dispendium fratrum suorum, quod

A. C. *præiudicio populorum ceßit, sicque*
514 *adimpletũ est illud Euangelij* omne regnum in se diuisum desolabitur, *vnde veritas illius Homerici patescit.*

Non bona res multi Reges, Rex vnicus esto.

TEXTVS.

516 In illo tempore Dani cum suo Rege Cothelaico Gallias deuastarunt. Verum Theodebertus à Patre Theoderico missus aduersus ipsos, eorum Regem interfecit, victorque redijt.

517 Bellum aduersus Burgundos impulsu Clotildis suscipitur à Francis.

NOTÆ.

524 *Aliqui referunt, quod hoc anno Clodoueus dederit priuilegium S. Hilario Pictauiensi, quod incipit his verbis* Ego in Dei nomine Clodoueus, &c. *&* *finitur sic* factum est hoc Aurelianis anno ab Incarnatione Domini 524. Iustiniano Romæ Imperatore, &c. *Sed multa persuadent, imo conuincunt priuilegium fa-*

bricatum fuisse ab imperito quodam temeratore. Primo scribitur datum anno 524. & secundum fere omnes Historicos, Clodoueus viuere desierat anno 514. vel 511. secundo Imperium Iustiniani non cœpit nisi an. 527. &c. Certe qui hoc publicarunt nuper in suplemento annalium Aquitanicorum Ioannis Boucheti videntur malæ esse fidei, vel nimis negligentes, cum id fecerint absque monitione ad lectorem falsitatis instrumenti, vt probè aduertit R. P. Labbatius S. I.

A. C. 524

TEXTVS.

526

Monasterium sanctorum Martyrum Agaunensium in Burgundia S. Mauricij cum socijs suis sex millibus sexcentis sex à Sigismundo Burgundionum Rege ędificatur.

NOTÆ.

Hoc Monasterium visitur ad radices Alpium Peninarum, seu maioris montis S. Bernardi, a *in ditione Valesianorum, de quo apud Baronium 526. Eius fundationi subscripserunt Epis-*

a In Diœcesi Sedunensi de Sion *en Valez*, in Valesia

A. C. *copi, Theodorus Sedunensis, Maximus*
526 *Geneuensis, Victor Gratianopolitanus, & Viuentiolus Lugdunensis*, Agaunum *autem sermonis Gallici interpretatione saxum significat in vita M. S. sancti Mauricij, cuius auctor S. Eucherius Lugdunensis, quo in loco fuisse Taruedam nonnullis placet, sed perperam Mireus inter Monasteria Benedictina recenset. Eius vero Abbas inter Principes imperij enumeratur.*

Est S. Aug.

TEXTVS.

527 Sigismundus in bello captus cum vxore & filijs à Clodomire in puteū projicitur inuito Auito Abbate sancto Aurelijs commorante, qui pro salute ipsorum deprecabatur.

NOTÆ.

Ille Auitus erat Abbas sanctus S. Maximini Miciacensis Diœcesis Aurelianensis, cuius meminit auctor vitæ sancti Læti cap. 5. & 7. Saussayus in Annalibus Ecclesiæ Aurelianensis, & Martyrologium 17. Iunij.

ADDITIO.

A. C. 527.

Eodem tempore incipit ordo Monachorum S.Benedicti, qui longè, latèque est propagatus, nam Trithemius anno 1500 numerauit in eo Monasteria 15000 & amplius, quæ habuerint Abbatias, & Volaterranus suo æuo numerauit 24. Pontifices ex eo ordine, Cardinales 200. Archiepiscopos 1600. Episcopos 4000. Abbates scriptis celebres 15700. & sanctos Canonizatos 156000.

TEXTVS.

528. Secunda Clodomiri aduersus Burgundos expeditio, in qua fugatis & cæsis hostibus, cum eos ille insequeretur, in medio illorum subintrans conto transfixus occubuit.

Clotarius audita morte fratris sui, vxorem ipsius Gundeucam nomine, matrimonio sibi copulauit.

529. Theodoaldus Guntarius, & Clodoaldus Clodomiri filij orphani à Clotilde Regina nutriuntur.

A. C.

ADDITIO.

529 Circa hoc tempus celebratum est 2. Concilium Auransiense Generale sub Fœlice 4. Papa ad terminandas omnes controuersias *de gratia*. Multa decreta edidere Patres, & hoc inter præcipua. *Aliquos ad malum esse prædestinatos non solum non credimus, sed si qui sint id mali credere volentes, cum omni detestatione illis Anathema dicimus.*

TEXTVS.

Bellum aduersus Toringos habent Theodoricus & Clotarius fratres Reges, qui ingentem Toringorum stragem ediderunt.

ADDITIO.

Occiderunt Valdericum & Bertarium filios Hermenfredis Turingorum Regis, nec non postea ipsorum Patrem, cuius filiam paruulam Radegundem Clotarius abduxit captiuam & post aliquos annos puberem coniugio sibi copulauit.

TEXTVS.

531 Childeberti in Hispaniam expeditio, ad vlciscendam injuriam sorori suæ Crotildæ Christianæ, illatam per Amalricum Regem Gothorum maritũ suũ Arrianum.

Amalricus à Childeberto fugatus, dum ad Ecclesiam Christianorum fugere nititur ad introitum interimitur. A. C. 531

Toletum vrbs diripitur à Childeberto, qui inde Thesauros multos auferens, & cum sorore sua Clotilde rediens hanc in itinere febre mortali amisit: idcirco Parisijs reportari, & in Basilica S. Petri iuxta Patrem suum sepeliri iussit.

NOTÆ.

Aimonius dat in illa expeditione Childeberto socium Clotarium, qui redeuntes in Galliam Vasconiam, ac quicquid cis Pyrenæos Visigothorum erat, occupauere, exceptis paucis Hispaniæ ciuitatibus vicinioribus, quas Visigothi, eligentes Regem Theudam Arrianum retinuerunt.

ADDITIO.

Childebertus & Clotarius vlciscuntur necem fratris Clodomiri, pellunt Gothomarum Sigismundi fratrem, & Burgundiæ regnum Francici iuris faciunt. 532

A. C. *TEXTVS.*

533 Sige-berto 531. Occidit Clotarius duos nepotes suos Clodomiri filios, inuidiæ causa, regnumque patris eorum inuadit.

NOTÆ.

Hoc regnum, quod vocatur Aurelianense, diuisum fuit inter ipsum Clotarium, & fratrem eius Childebertum, qui anno præcedenti diuiserant etiam inter se regnum Burgundionum, pulso in Hispaniam & deinde in Affricam eorum Rege Gondomaro.

TEXTVS.

536 Theodoricus (Mediomatricum) Rex moritur, qui regnauit 24. annis, ei successit Theodebertus à pietate, & virtute bellica laudatus. Paulo ante idem Theodoricus, & Childebertus bello cum germanum suum Clotarium lacessere vellent, is adiutorio Diuino in Sylua custoditus est hostesque eius grandinibus lapidũ, atque fulminibus deterriti pacem cum Clotario iniere.

NOTÆ.

A. C. 536

Hic auctor noster mentionem facere debebat necis à Clotario datam Galterio Domino de Yuetot in Normannia die veneris sancto in Ecclesia Suessionis, nec non electionem eiusdem Yuetot in regnum independens à Rege, iussu Agapiti tunc sedem S. Petri tenentis pro satisfactione necis tam sacrilegæ. Quod intelligitur si huiusmodi Historiam pro vera habuisset sed cum nihil de ea scripserit, nec etiam Gregorius Turonensis huius sæculi syncerus scriptor, nec ullus antiquus Historiographus, ab emunctæ naris auctoribus creditur fabula, quam nesciunt unde piscatus sit post 900. annos Robertus Gaguinus, qui primus hanc pro Historia in lucem protulit.

ADDITIO.

Imperator Iustinianus I. vocauit in crimen Siluerium Papam, & priuauit eum Papatu, in exiliumque misit, quia fauebat Gothis inimicis suis Sic loquitur auctor modernus citans Procopium de bello Gothorum, a sed ratio quam affert falsa est. Procepius scripsit tan-

a Lib. 1.

A. C. 536

tum, oborta suspicione Siluerium vrbis Romæ Pontificem defecturum ad Gothos, transmissum fuisse in Græciam à Belisario. Certe Ecclesia illum Pontificem cetui SS Martyrum aggregat, quia exul pro Christi fide occubuit.

Paulo post tamen idem Imperator publicauit piam authenticam de Monachatu collat 1 vbi ita ait, *Conuersationis Monachalis vita est sic honesta, sic commendare nouit Deo ad hoc venientem hominem, vt omnem humanam eius maculam detergat.* Maculam autem glossa explicat tollit delicta, & omnem pœnam ex eis deriuantem, qualis est irregularitas, & infamia siue iuris sit siue facti. Cui prorsus consentit quod legimus in vitis patrum nempe eamdem consequi gratiam religionem profitentes, quam a consequuntur baptisati. Et quidem merito, quia religiosa professio est abrenunciato perfecta mundi, ac singularis excellentia vitæ spiritualis, quæ reddit suos professores similes Angelis, dissimiles hominibus, imo diuinam in homine reformat imaginem, configurãs nos Christo instar baptismi, vt asserit Diuus Bernardus. b Vnde longè amandat delicta, & quæcumque ex eis nascuntur. Quapropter non indiget dispensatione, quoad ea.

a non ex opere operato, sed ex opere operãtis

b Lib. 1. de præcept. & disp.

TEXTVS. A. C.

Tunc temporis ſanctus Eparchius Pater Engoliſmenſis migrauit ad Dominum. 540

NOTÆ.

Præpoſterè Ademarus retulit ad hoc tempus hanc migrationem ſub Childeberto Clodouei filio, melius Gregorius Turonenſis refert ad annum 574. ſub Childeberto Sigeberti filio, vt dicemus infra.

TEXTVS.

Theodebertus Italiam intrat cum exercitu, & mox regreditur. 542

NOTÆ.

Ademarus debebat circa hoc tempus notare tranſitum S. Benedicti, cum fuerit ipſe Monachus Benedictinus in Monaſterio, vbi ſaltem aliquando ſeruata fuit eius regula ad literam. Attamen nihil de eo ſcripſit. Sunt vero 12 opiniones diferentes quoad illum tranſitum, ſed probabilius eſt contigiſſe anno Chriſti 542. vt vult Oſtienſis, vel 543. iuxta Onuphrium Panuinum, vel 544. ſicut Cardin. Baronius refert.

A. C. 542

Cæterum fertur quod stans idem sanctus expirarit, in Monasterio Cassinensi, vbi nonnulli asserunt nullum Monachum in peccato lethali mori. Quidquid sit. S. Benedictus habuit vitæ suæ scriptorem S. Gregorium magnum, sanctus sanctum, qui eum immensè laudat, quod Magdeburgi Centuriatores vitio vertunt in illo ornando (*aiunt*) [a] totus versatur.

a Cent. 6. c. 16.

TEXTVS.

543 Secunda expeditio in Hispaniam contra Regem Theudam per Clotarium, & Childebertum fratres. Hic ab Hispania stolam, vel tunicam S. Vicentij ereptam à Cesar-Augusta asportauit, & in honorem martyris suburbanam Basilicam Parisijs, quæ hodie S. Germani dicitur, ædificauit.

NOTÆ.

Hæc fundatio conspicitur in Monasterio S. Germani à Pratis scripta super cortice anno Christi 599. incipit per hæc verba Childebertus, &c. *Vide reflexiones, & responsa R. Patris*

Iacobi du Breüil ad obiecto, quæ quidã adduxerunt, vt prædicta fundatio falsitatis suspecta habeatur. Sunt in pag. 56. maioris editionis Monachi Aimoinij. A. C. 543

ADDITIO.

Chronicon Moyssiacense editum à Domino Duchesneo refert. quod Theudis Rex Gothorum impendiuit progressum armorum istorum Regum propè flumen Minium in Galecia, etiam si essent 5. Reges Galli, vt testatur Victor, id est tres filij Regij cum patribus suis, nam tunc filij, & filiæ Regum Reges & Reginæ vocabantur,

Sub hæc tempora ad cœlum migrauit S. Eusicius, seu Eusichius Petrogoricensis nuper Eremita, & nunc Abbas Dominæ nostræ de Cella *a* Diœcesis Bituricensis, quam ex bonis Childeberti Regis construxerat, sicut ipse Rex construxit sup r sepulchrum eius Basilicam, ad confluentes Saudræ, & Cari Leucis 18. ab Auarico, quia sibi prædixerat fœlicem exitum ex Hispania. Memoratur Greg. Turon. de gloria confes. c. 62. & Eugenio 3. 1145.

a Celle en Berry.

TEXTVS.

Theodeberti in Italiam expe- 547

A. C. ditio contra Longobardos, quos
547 tributarios Francis fecit, & cum multis ſpoliis reuerſus eſt.

552 His peractis valida febre correptus vitam cum morte commutauit, regnauit annis 14. Ei ſucceſſit Theodobaldus filius ipſius, qui regnauit ſuper ſuperiores Francos, & Auſtraſios.

NOTÆ.

Hic erat puer & vnicus, ſed à virtute paterna multum degenerans, vt ſcribit Agathias. a *Attamen aliquanto poſt inhumationem Patris Francis & Allemannis ſub ducibus Leuthari, & Bucellino in Italiam irruptionem permiſit facere, qui nequidquam obſiſtente Narſete, totam Italiam, Siciliamque peruaſtarunt, & onuſti præda, dum bifariam diuiſi redeunt, ſub Autumnum anni 555. peſte vniuerſi ferè conſumpti ſunt.*

a Lib 1.

TEXTVS.

Tunc temporis Clotildis Regina Clodouei vxor Turonis migrauit ad Dominum plena die-

rum, deportataque fuit Parisios, A. C.
& in sacrario S. Petri ad latus Clo- 552
douei Regis humata.

Clotarius de diuersis mulieribus septenam suscepit prolem videlicet de Ingunde, Guntarium, Childericum, Charibertum, Guntramnum, Sigibertum, & Closindam filiam, de Radgunde quoque sorore Ingundis, Chilpericum & de Gunsuina concubina Chramnum.

555 Theodobaldus Rex filius Theodeberti Regis Austrasiæ tunc temporis moritur, postquam regnauit annis septem. Clotarius eius regnum accepit cum multis Thesauris.

556 Idem Clotarius Saxones Austrasiæ Regis subdictos, & nunc mortuo Theodebaldo rebellantes, eisque auxiliantes Turingos graui pugna, & excidio perdomuit.

557 Chramnus Patri Clotario rebellis ad Britannos transfugit,

A. C. cum vxore ſua, & filiabus.

NOTÆ.

557 *Hæc vocabatur Chalda vel Calte, & erat filia Vuilecarij Aquitaniæ Ducis.*

TEXTVS.

Fœdus Chramni cum Childeberto Patruo pro pernicie Patris initur.

558 Childebertus febre correptus Pariſijs diem clauſit extremum, ſepultuſque eſt in Baſilica S. Vincentij martyris, quam ipſe conſtruxerat.

ADDITIO.

Eius regnum, & Theſauros Clotarius Rex accepit Vltrogotham vero, & filias ipſius duas in exilium miſit.

TEXTVS.

Chramnus [a] ope Patrui deſtitutus redijt in gratiam cum Patre, in quem vnum tandem tota redijt Monarchia Galliæ.

[a] Alijs Granus

ADDITIO.

Dicitur hoc anno Regem Charibertum vel Aribertum in crimen vocaſſe Leoncium Archipræſulem Burdega-

lensem, & eius omnes Episcopos suffraganeos, quia deposuerant Emerium vel Emilium Episcopatu Santonensi, ad quem vocauerat eum Clotarius 1. sed Chronologia dissentit quia nondum ille Garibertus hoc anno erat Rex, nec Leoncius adhuc Archipræsul. Vide Gregorium Turon. lib. 4. Hist. c. 6. A. C. 558

TEXTVS.

Vuilecarius in Basilicam S. Martini Turonensis fugiens, in ipsa igne cœlitus immisso cum Basilica consumptus est, quam postea Clotarius reparauit, & stamno cooperiri iussit. 560

Clotarius exercitum aduersus Chramnum filium suũ adhuc rebellantem duxit in Britaniam, in qua Conobrus Rex Britanniæ fautor Chramni occiditur.

NOTÆ.

Alij hunc regulum vocant Conaburn, apud quem diu latuerat Chramnus cum uxore, & filiabus.

Hoc anno moritur prædictus Leoncius 2. seu iunior qui ex marito Placidina, fuerat factus Archipræsul Bur- 562

A. C. *digalensis, de quo Venantius Fortuna-*
562 *tus Episcopus Pictauiensis hunc versum edidit,*

Quæ tibi tunc coniux, est modo cara soror.

Interfuerat Concilio Aurelianensi 4. anno 545.

TEXTVS.

563 Chramnus amissa contra Patrem victoria, iussu Clotarij cum vxore, & filiabus comburitur.

NOTÆ.

Victus prælio Britannis ille à longiore fuga interclusus, Tugurium proximum petijt, ibique igne coniecto crematur, vt aiunt Æmilius, Greg. Turon. Aymoin. & Sigebertus.

TEXTVS.

S. Medardus Episcopus Nouiomensis migrauit ad Dominum virtutibus plenus, & fuit sepultus in Suessionis ciuitate per Clotarium Regem.

NOTÆ.

Ille S. fuerat vnctus oleo sanctificationis à S. Remigio, & transtulerat sedem

:m Episcopalem Veromando, vel uino, Nouiomum, vel Nouioma- n, cui & sedes Tornacensis coniun- ur. Caeterum annus eius obitus in- us est. Claudius Robertus notat anno 561. & Miraeus anno 564. alij rectius anno 562. Quicquid sit em die nempe 8. Iunij secundum ium, Frater ipsius S. Gildardus iscopus Rothomagensis obijt, sed non em anno, licet alij sed non verè, ali- sentiant.+

+ Vterque erat geminus.

elebre habet Monasterium S. Me- dus ad vrbem Suessionis, quod dauit ei Clotarius. Quidam dicunt d accepisse ingens priuilegium à egorio 1. dicto Magno, sed merito veritate eius dubitatur, quia non ertum est in registro Epistolarum ius Papae, & additur extra opus finem registri. Monasterium est lde diues, cum pendeant ab eo feuda centum. Fuere olim in eo 400 Mo- hi, ex quo prodiere Rodulphus Ar- episcopus Bituricensis, & Arnul- us Suessionensis, & in illud tam-

A. C. *quam in Azylum se recepit Leydradus Lugdunensis Archiepiscopus tempore Caroli Magni, hicque consecratus fuit Rodulphus Rex, & habita concilia, de quibus Gratianus, & alij Canonum collectores.*

563

TEXTVS.

564 Clotarius à sepulchro D. Martini, quo oratum iuerat, compendium reuersus febre valida, quam in venatione contraxerat, correptus, moritur anno regni sui 51. & sepultus est à quatuor filijs suis in Basilica S. Medardi.

NOTÆ.

Filio Chramno extincto annum superstes obijt eodem prorsus die, quo illũ cremari fecit. Sub mortem memoria dignã hanc vocem ededit. Vah qualis putas Rex est ille cœlestis, qui tam Magnos Reges interficit?

TEXTVS.

Diuisio regnorum inter quatuor fratres iterum fit. Charibertus regnum Childeberti accepit, sedemque constituit Parisijs.

tramnus regnum Clodomiri, A. C.
relianisq; sedem posuit. Chil- 564
icus regnum Clotarij Patris
accipiens Suessionis ciuitate
em statuit, & Sigebertus re-
ũ Theodorici suscepit, sedem-
e * Metensi ciuitate locauit.

* Male posuit Greg. Turon. Remẽsi cũ authore nostro.

NOTÆ.

Hæc vellem dicere clarius hoc modo. uisa est rursus Monarchia in quar Priores velut Tetrarchias. Lutetia iori obuenit Cheriberto, Suessiones ilperico, Aurelia & Burgundia ntramno, demum Austrasia Sigeto.

TEXTVS.

Impulsi à Chilperico Hunni 565
illiam deuastantes à Sigeberto
osternuntur, & in patriam, pace
m eo pacta, redire coguntur.
Chilpericus, Sigeberto fratre
ontra Hunnos impedito, Rhe-
os occupat, & Campaniam de-
stat.
Sed Sigebertus victor ab Hun-
s rediens contra Chilpericum

A. C. mouens castra Suessionem capit
565 cum Theodoberto filio eius, quem etiam exilio damnat deuicto ac fugato patre, cuius ciuitates dominatui suo, adiunxit.

566 Eodem tempore S. Gregorius Turonensis Archiepiscopus virtutis exercitio, & rerum intelligentia florebat.

ADDITIO.

570 Præfuit Concilio Turonensi 2. vbi interfuere multi Episcopi! In primisque S. Domnolus Cenomanensis qui cum aliis subscripsit Epist. quæ scripta fuit Radegondi viduæ Clotarij reclusæ in Monasterio S. Crucis Pictauiensis, ne ex hoc permitteret exitum Bazinæ filiæ Chilperici, quæ professa erat, & quam pater per vim volebat vxorem dare filio Athanagildi Visigothorum Regis, vt sic pacem in regno suo firmaret.

TEXTVS.

Paulo post idem S. Gregorius cum S. Germano Episcopo Parisiensi missus Engolismam, S. Eparchij Basilicam consecrauit.

Item Ecclesiam sedis Episco- A. C.
lis in honorem S. Petri, quam 570
odoueus Rex à nouo inchoari
serat, destructa Priore Ecclesia
Saturnini, quã Gothi Arriana
aculatione fœdauerant.

NOTÆ.

De hac vltima consecratione valde
bitandum est, nam Greg. Turonensis,
sua Historia illam omnino tacet, &
us codex manuscriptus Vertolij, pro
Germano Episcopo, Parisiensi ponit
ctum Germanum Antisiodorensem
piscopum, quem anno 435. Rauennæ
isse Baronius tradit.

TEXTVS.

Mererius, qui in Francia Regis
apellanus fuerat, Engolismensis
piscopus à S. Germano, & Gre-
orio Turonensi creatus est, Ap-
nio Episcopo dicti loci nuper-
mè mortuo.

NOTÆ.

portet ergo fuisse duos huius nominis
ngolisma Episcopos vnum post alte-
m: nam si Aptonius sedit anno

A. C. *Christi 508. & sederit tantum 35. annos, vt Chronologia vetus, & recens testatur, quomodo nuperrimè id est circa annum 570. obierit? Igitur vnus Aptonius in Episcopatu Engolismensi successit alteri Aptonio, seu Apronio, quod nullus dixit. Cæterùm codex manuscriptus asserit illum Mererium facundissimum fuisse, doctoremque mirabilem, additque scripta eius Ecclesiam Cluniacensem habere, nec non sepultum esse sub altari Beati Petri de subtus muro, ubi affirmabatur, quod S. Innocentis corpus, sub eodem altari contineretur. Cum autem prædictum altare pro ædificatione Ecclesiæ dirueretur tempore Domini Hugonis Engolismensis Episcopi, horum corpora inuenta sunt, sed quia sine literis & titulo, Pontifex publicè noluit reuelari, sed reposuit illa sub altari reædificato,* sub quo (*inquit codex*) huc vsque requiescunt.

570

TEXTVS.

571 Charibertus Rex Ingoberga vxore repudiata, Merofledem, &

ırcouefam ſorores, Ingobergæ A. C.
:illas ſpecioſas admodum pa- 571
Lanificium exercente natas,
i matrimonio coniunxit, vnde
ɔx à S. Germano Pariſienſi 572
ɩiſcopo excomunicatus eſt.

NOTÆ.

ngoberga vxore repudiata, &c.
*:x ille recluſit eam, cum filia Bert-
le in Abbatia S. Iuliani de Prato
:œceſis Cenomanenſis.*

TEXTVS.

Breui poſtea in Blauia Caſtello 573
oritur, & in Baſilica ſancti Ro-
ani Confeſſoris ſepelitur.

NOTÆ.

*Diſſidium magnum fuit inter fra-
es de eius ſucceſſione, imo bellum,
ıod inchoatum fuit à Chilperico,
ıia Charibertus reliquerat ſolum
ıas filias vnã nomine Adelbergam,
ı Bertham, & Alteram nomine
'hrodieldẽ, illã famoſam monialem,
ıæ tantũ rumorem excitauit in Ab-
atia S. Crucis Pictaui, vt vix eũ Epiſ-
ɔporũ multorũ cœtus ſedare potuerit.**

+Greg. Turon. in duobus vltimis ſuæ Hiſt. libris.

A. C.

ADDITIO.

574 Interim vſura lucis piuatur S. Aredius fundator Abbatiæ Atani Diœceſis Lemouicenſis, quæ vocatur hodie S. Aredij (*S. Yrier*) Is erat in Palatio Theodoberti Regis conſanguinei ſui nutritus, & à Nicetio Treuirorum Epiſcopo diuinis literis eruditus. Multa bona contulit ei Abbatiæ cum matre ſua Pelagia, vt videre eſt in teſtamento ab ipſomet edito.

TEXTVS.

575 Sigebertus Brunichildem Atanalgidi Hiſpaniarum Regis Arriani filiam vxorem ducit, quam in nomine S. Trinitatis baptizari iuſſit, quia Arrianæ legi ſubiecta erat.

Chilpericus vxoribus, quas habebat, repudiatis Galſuintam Brunchildis ſororem etiam vxorem ducit, ſed paulo poſt Conſilio Fredegundæ impulſus eam noctu ſtrangulat, ob quod facinus à fratribus ferè regno pulſus eſt. Habebat aliam vxorem nomine Andouerá, ex qua filios ſuſcepit

eodobertum, Meroueum, & A. C.
ɔdoueum. 576

Ianc Fredegundis ipſius An-
a decepit, eam, filiæ ſuæ, quam
ɔererat, commatrem eſſe fa-
s, & ſic in Thalamum pro Do-
na ſua à Rege introducta eſt.

Chilpericus, & Sigebertus mo-
nt bellum contra Saxones, &
s deuincunt.

Gundoaldi Pictauorum Ducis
ercitus à Theodoberto Chilpe-
i filio cœſus eſt, qui ſtatim Ec-
ſias deſtruit, Clericos interfi-
, Monaſteria virorum diripit, &
iellarũ violat, cuncta deuaſtans.

Paulo poſt Childeſinta Chil-
erici filia ex Andouera Regina,
m matre ſacro Velamine indui-
ır, in Abbatia S. Iuliani de Prato
ı Diœceſi Cenomanenſi, & Epiſ-
opus, qui eam baptizauerat in
xilium à Chilperico mittitur.

Chilpericus diſſidentibus inter
e fratribus, Campaniam ingreſ-
us populatur.

A. C. Godegisetus & Guntramnus
576 Duces, iussu Regis Sigeberti contra Theodebertum exercitum mouent Engolismam, vbi morabatur propter murorum fortitudinem.

Theodebertus occiditur, & ab Arnulpho Duce Engolismam deportatus, apud S. Eparchium sepelitur.

NOTÆ.

Author Chronici vult dicere in Ecclesia, quam tunc incolebat S. Eparchius, quia nundum è viuis exierat.

TEXTVS.

577 Chilpericus à Sigeberto fratre pulsus regno, cum vxore sua & filijs Turnacum fugit.

Beatus Germanus Sigebertum alloquitur, ne contra fratrem pergat, sed frustra, quia ille huius regnum occupat, & Rex pro eo à Francis Victoriaci + eleuatur.

+ Vitri.

578 Duo iuuenes Sigebertum super se eleuare simulantes gla-

s ſtrictis, eum Fredegundæ A. C.
ctionibus interimunt anno 24. 578
gni ſui. Sepultus fuit Sueſſione
Baſilica S. Medardi iuxta pa-
em ſuum Clotarium.

Gundoaldus Dux Childeber-
um filium Sigeberti paruulum,
uinquennim furtim per noctem
Auſtraſiam deducit, collectiſ-
ue gentibus, ſuper quas pater
us regnauerat, Regem eum
onſtituit.

Interim Chilpericus regno ſuo
ecuperato, Brunichildem ſpoliat
mnibus Theſauris, quos Pariſios
ttulerat, & in ciuitatem Rotho-
nagum exulem mittit, filiabus
ipſius Meldis recluſis.

Meroueus filius Chilperici à 579
Patre Guiennam miſſus, Rhoto-
magum contendit & inceſtuoſum
matrimonium cum Brunichilde
Sigeberti Patrui vidua contrahit.

Vnde à Fredegonde coniuge
Chilpericus contra eum irritatus
illum tondi iubet, & Preſbyterũ

A. C. 579

ordinari in Aniſola vel Aniſula S. Carileſo (S. Cales) ſacra Diœceſis Cenomanenſis O. B. Id eſt in Abbatia huius S. fundata à Childeberto Rege circa annum 555. non longe à Vindocino ad Ledam fluuium.

NOTÆ.

*Debebat author Chronici addere mortem Merouei iuſſu Patris in Campania ob relictam monaſticam vitam, ſed ſilentio prætermiſit, ſicut & Concilium Pariſienſe paulo ante habitum, volente Chilperico Rege, aduerſus Prætextatum Epiſcopum Rhotomagenſem, qui licet inſons illius matrimonij inceſtuoſi, tamen dolo impulſus ad petendam veniam Regi, in exilium * eijcitur.*

* Greg. Turon. l. 5. c. 18.

TEXTVS.

Childebertus Auſtraſiæ Rex Brunichildem matrem ſuam à Chilperico Aunculo requirit, qui illam pacificè remittit.

Sanſon Chilperici filius moritur.

ADDITIO.

A. C. 579.

Celebratur Santonense Concilium, quo Nantinus Comes Engolismensis comunicatus ab Heraclio ciuitatis scopo, rogatu eiusdem Concilij in tiam receptus est. Illa excomunicane erat perculsus quia Presbitero am in tormentis eripuerat, vt consionem ab eo eliceret, quisnam veno extinxerat Aunculum suum Maacharium * quondam Comitem, & stea Episcopum Engolismensem. Susctus erat ei tanti sceleris Fronto, vt et Episcopus pro Magnachario, sicut t, sed intra annũ obijt, & habuit sucssorem illum Heraclium, cuius temre ex Italia in Galliam venit Ventius Fortunatus postea Episcopus ctauiensis vir egregius, ingenio clas, sensu celer, ore suauis, qui scripsit ulta poëmata, quæ vulgauit, & illusuit Christophorus Brouerus S. Iesu. ter ea mihi placuit Epigramma seiens de S. Sacramento.

* Seu potius Maragnariũ.

t perdũt propria mortalia corpora vitã,
Si nequeunt escas sumere corporeas,
ic anima nisi delicijs rationis alantur,
Dum verbi æterni pane carent, pereunt.
Iam quid erit, quod dira prout fastidia tollat,
Cum se ipso refugit non salutare Dei,

A. C. *TEXTVS.*

580 Chilpericus Rex descriptiones nouas & graues Consilio Fredegondis in cuncto regno suo fieri iubet.

Fredegundis pœnitentia ducta, Consilium Regi dat, vt illas comburendas tradat.

Clodobertus, Theodoricus & alius paruulus Chilperici filius moriuntur, vnde cõmotus Chilpericus multa dona Ecclesijs, & pauperibus elargitur.

ADDITIO.

582 Lupi meridie Burdigalam ingressi, spectante populo, canes deuorarunt. Forte in eo vico qui dicitur etiamnum hodie vicus Luporum, ait Põtacus Episcopus Vasatensis in sua Chronologia.

TEXTVS.

584 Childebertus Chilperici nepos Rex Austrasiæ cum multo milite Italiam ingressus, Tributariam eam sibi fecit.

NOTÆ.

Hunc ingressum fecerat suasione Imperatoris Mauricij qui eum in so-

:tatem pellexerat contra Longo- :rdos. A. C. 584

ADDITIO.

Hic rediens ad suos Gregorium Tu- nensem, & Meroucum Pictauiensem isit ad Ingeltrudem filiam Clotarij, ad Berthegundam filiam eiusdem In- :ltrudis, vt vtramque pacificarent, ıia litem magnam habebant propter ›nationem factam à Bertranno Epis- ›po Burdigalensi filio Ingeltrudis in .uorem mariti eiusdem Berthegondæ, d non potuere matrem & filiam ad ıcem reducere.

Cæterum eo tempore obijt ad muros ngolismæ S. Eparchius reclusus vir ıagnæ pietatis anno ætatis 80. & 40. ›litudinis, qui paulo ante hominem ırti gratia suspensum patibulo, vitæ :stituerat. Sic Greg Turon. qui notat ıb hunc * annum 584. obitum eius, uem vt certiorem sequitur Baronius ı suis ad Martyrologiū annotationi- us & ante eum Aymoinus. Tunc vi- .ebat discipulus eiusdem S. Eparchij ı. Amantius in Sylua Buxiæ distanti ob rbe Engolisma 3. vel 4. Leucis, vbi Co- nites Engolismenses in eius memoriam undarunt Abbatiam, vt infra decemus.

Eodem quoque * tempore obijt pa- iter S. Maurus discipulus ille celebris

* Pater Labbatius refert hunc obitum ad ann. 580. 1. Iulij.

* Alij scribūt 582. & ipse 583.

A. C. 584 S. Benedicti Abbas & Institutor Monasterii Glanafolii Diœcesis Andegauẽsis ad Ligerim, quod tandem vnitum fuit Fossatensi, quo corpus S. fuit translatum anno sequenti 585. cũ hac inscriptione, *hic requiescit corpus B. Mauri Monachi, & Leuitæ.*

TEXTVS.

585 Fredegondis filiam suam nomine Ricundem * Remuldo Regi Hispaniarum cum magnis opibus vxorem mittit.

* Forte Recaredo.

ADDITIO.

Guntramnus congregat Concilium omnium Episcoporum ditionis suæ in ciuitate Matisconensi, vbi inter alia decretũ fuit, vt cognitio accusationis Episcopi pertineret, non ad Magistratus laïcos, sed ad Metropolitanos, & ad Episcopos prouintiæ, & cognitio accusationis Clericorum ad Episcopos; fuit etiam illic prohibitũ Episcopis nutrire canes & aues, ne pauperes ab eis morderentur. Quæ omnia fuere confirmata à Rege.

Interea Gombaldus (qui se filium Clotarii primi prætendebat) ad partes suas traxit Engolismam, Petrogoram, Tolosam, & Burdegalam, & Regem in partibus illis se constituit. Sed tandem Gũtramnus iũgens se cum Childeberto

ote, quem ſuum declarauit hære-
:, ingentem exercitum contra Gum-
dum miſit, qui ſtipatus Sagitario
uenenſi Epiſcopo, & Ducibus
mmolo, Badaſto, & Valdone in
em Conuenarum ſe recepit, vbi aſ-
io mox preſſus ab illo exercitu, cum
e, & Ducibus illis periit, vt Greg.
ronenſis exactè deſcripſit l. 7. c. 34.
ſequentibus.

TEXTVS.

Eo tempore obijt Guntramnus
rgundiæ Rex frater Chilperici
egis Cabillone, ciuitate Bur-
ndiæ, & ſepultus eſt in Baſilica
Marcelli poſtquam regnauit 31.
nis.

NOTÆ.

*Præpoſterè hanc mortem aßignat
ctor Chronici, nam Rex ille non eſt
ortuus niſi 16. annis poſt occiſionem
atris ſui Chilperici, qui tunc tem-
ris adhuc viuebat.*

ADDITIO.

Celebratur Concilium Valentiæ, vbi
onfirmantur quæcumque Gũtramnus
Rex, eiuſque vxor Auſtrechildis Re-
gina, & filiæ Deo ſacratæ Clodebergis,

A. C. & Ghlodechildis in diuersas Ecclesias, & pia loca contulerant. Præfuit ei Con-

585 cilio Sapandus Archipræsul Arelatẽsis.

TEXTVS.

Fredegondis Regina, quam Chilpericus propter pulchritudinem vnicè amabat, adulterium cum Landrico Equitum Magistro, viro alias ingenioso, & vtili, committit.

586 His diebus Fredegondis Clotariũ peperit, qui postea fuit Rex magnus, & Dagobertum genuit.

Paulo post sciens illa virum suum Chilpericum non nescium esse adulterij sui cum Landrico; à venatione redeuntem occidi curat. Regnauit is annis 23. & per Malulfum Syluanectensem Episcopum sepultus est in Basilica S. Vincentij Parisijs.

587 Franci Clotarium Regem paruulum ante quatuor menses natum super se in regno statuũt, sub gubernaculo Fredegõdis Reginæ, & Landrici Equitum Magistri,

:m maiorem Palatij fecerunt. A. C.
Childebertus Fredegondis ma- 587.
cia vlcisci volens Burgundio-
, Austrasios, & Superiores
ncos, quorũ Rex erat, aduer-
eam collegit. Verum illa tan-
hostium copias verita, cum
ndrico, & reliquis Francorum
ıcibus, quibus multa dona lar-
:a est, Consilium inijt, vt mili-
s ramos arborum manibus ela-
tenentes, & tintinabula super
quos ligata habentes, Childe-
:rtum ante lucem adorirentur.
uæ res Fredegundæ militibusq;
ıis tam prosperè cessit, vt parum
ɔfuerit, quin totus exercitus
Childeberti occisus fuerit, ante-
uam experge factus esset. Arbi-
rabantur enim Vigiles ramos il-
ɔs, quos Franci manibus gesta-
ant, Syluas esse, & tintinabula,
quæ audiebant esse equorum, &
accarum in syluis pascentium.

ADDITIO.

Paulo post Ricaredus Hispaniæ Rex 588

A. C. opera Leandri Episcopi renuncians
588 Arianismo Orthodoxus euasit cum suis, quæ res impulit Guntramnum, & Francos ad pacem toties negatam iam tandem libenter illi concedendam. Cui porro iuncta connubio est Childeberti soror, licet antea promissa Authari Longobardo.

Interim Narbonense Concilium celebratur sub Migelio Episcopo ciuitatis præside. In primo Canone decernitur, vt Clerici purpureis vestibus non induantur, quæ ad iactantiam pertinent mundialem, non ad religiosam dignitatem, & in II. vt absque literis nullus ordinetur Diaconus, vel Presbyter.

589 Circa hunc annum ad cœlum migrauit Pictaui 13. Augusti sancta Radegondis ex Regina Monialis, cuius vitam scripsit Fortunatus, nec non Bandonina Monalis S. Crucis, ac æuo nostro Dominus Pidoux Decanus Ecclesiæ S. Hilarij Pictauiensis, & Dominus Filleau Doctor, & Aduocatus Regius eiusdem ciuitatis.

591 Hoc anno mortuo Betteranno Archipræsule Burdegalensi, Gōdegisillus Dodo ei substituitur in hac dignitate per nominationem Regis, qui eum prius instituerat Comitem Santonensem. Ab hoc tempore Reges Franciæ nominandi

piſcopatus regni ſibi ius arroga- A. C.
:.

TEXTVS.

uos filios habet Childebertus x Auſtriæ Theodebertum ex ıcubina, & Theodericum iu- rem ex legitima vxore, qui à re cum Brunichilde Auia in :gundiam miſſus eſt. 592

NOTÆ.

Alij dicunt vtrumque natum eſſe à a Regina, ſed Theodebertum geni- ı fuiſſe in ea ab Hortulano.

ADDITIO.

lis diebus celebratum eſt Pictaui ıcilium Epiſcoporum præſide Gon- iſillo Burdegalenſi Epiſcopo. Ibi ıfirmata fuit excommunicatio in rodielem, & Baſinam eius conſobri- n, illam* Chariberti Regis. & hanc ılperici filias Moniales, nec non in alias rebelles contra Leubouęram batiſſam, cuius locum Chrodielis :ctabat, Imperium non ferens, quæ nes eggreſſæ erant ex Monaſterio Radegundis biennio poſt obitum ctæ. Vide quomodo totum actum apud Gregorium Turonenſem.

*Quidã vocant eas illegitima ſeu ſpurias.

In hunc annum referrimus obitum 594

A. C. Guntramni Regis Aurelianensiũ, Burgundiorum, & Parisiorum. Obiit 5. Calendas Martii, qua die tamquam viri illustris pietate, memoria eius recolitur in tabulis Ecclesiasticis. Hic Gregorius Turonensis finem suæ Historiæ imponit.

594

Cæterum inuenitur Historia manuscripta in Ecclesia S. Mariæ de Salis Bituricis, quæ refert filium Regis Gontramni à demone possessum, intercessionibus illius B. Virginis, tactuque sanctarum reliquiarum fuisse liberatum, idque Eustasio vrbis Archipræsule, sed hoc mihi suspectum falsitatis valde est, cum ille Archipræsul obierit anno 607. & non sederit nisi 19. annos, quibus iam ad cœlum abierat Rex Guntramnus, à quo Historia illa missum illuc fuisse istum filium asserit.

TEXTVS.

598 Diem clausit hoc anno Childebertus Australiæ Rex vna cum vxore eodem die non sine veneni suspicione. Filiis, Theodeberto Mediomatrices, & Austrasia, Theodorico Aurelia, & Burgundia obuenerunt, sub tutela Brunichildis.

NOTÆ. A. C. 598

*S. Gregorius Papa scripsit eis Epi-
lam 58. 5.libri,quæ data fuit mense
lio sub 14. indictione. Mater Theo-
berti vocabatur Failemba, & Pa-
erat tantum 25. annorum, cum
ors eum è viuis rapuit. Cæterum
at valde pius, & colebat deuotè om-
s dies festos, præsertim Pascatis,
entecostes,& Natalis Domini. Forte
ia in primo natus erat, in 2. bapti-
tus, & in 3. eleuatus ad Thronum
egium. obserua quod in die Pascatis
m tempore Valfredi, & Alcuini
icebantur 3.* missæ, sicut in die Na-
lis Domini, 1. incohabatur in media
octe. Obserua etiam quod in Hebdo
ada Pascali omnes dies erant festi.
nde dicebatur Pascha dies octo. Ob-
erua pariter quod in die Pascatis re-
es Francorum conuiuio solemni exci-
iebant suos Principes, & Barones,
uod dicitur Gallicè,* faire Tinel,
nde Galli dicunt, festin, & festoyer.
ou festiner, *obserua tandem quod
unc sicut & nunc in mensa Regia po-*

* Item in festo S. Ioannis Baptistæ.

A. C. *nebătur duæ mappæ, ſicut in Altari.*

598 *Hæc nos docuerunt doctus Philaſacus, & illuſtrißimus Gabriel de Laubeſpine Epiſcopus Aurelianenſis in Obſeruatione 15.*

TEXTVS.

602 Brunichildis hortatu Theodericus Rex Burgundiæ contra Patruelem ſuum Clotarium arma direxit, tantaque inter eos ſtrages edita eſt, in Pago Senonico ſuper fluuium Aroannam, vbi dimicabant, vt ipſe fluuius de corporibus interfectorum impleretur, & aqua ipſius defluere non valeret, præ ſanguine coagulato. In ipſa pugna ad vlciſcendos vtroſque, Angelus Domini dicitur apparuiſſe gladio euaginato.

NOTÆ.

Hæc pugna excitata fuit inter Brunichildem, & Fredegundem Reginas, ſed victis Auſtraſianis Fredegundis filio Clotario Lutetiam, Burgundiam, & reliqua tuta fecit, moxque obijt,

cum

iam filius adolesceret. Quod au- Chronici nostri tacuit. A. C.

TEXTVS.

nares ex Austria Austrasiam ntes auro à Brunichilde dato lluntur. 603

ADDITIO.

c anno reperitur in Abbatia S Lu- i prope Bellouacum in Picardia a in fauorem huius Abbatiæ sub- a hoc modo *signum Chilperici glo- Regis. Ego Eltritus Palatinus scri- recognoui, data Dominica Incar- nis 606. indictione nona Anno Chilperici 22. datum Rhotomagi erali Conuentu, tertio Maij mensis.* n chartam Dominus Loisel pro- in sua Historia Bellouacensi, Belleforestum in vita Philippi 4. pertè falsa est, quandoquidem otest fieri, vt Chilpericus occisus 586. signauerit eam anno 606. vigenti annis post ipsius occisio- Adde quod M. Petrus Pitheus, uarit sigillum esse ex cera alba, o impressa est imago Imperatoris is * armati.

* R P. Labbatius Iesuita.

TEXTVS.

unichildis paulo post pulsa 607

A. C. 607 fuit ab Austrasianis, & se recepit ad alterum filiorum Theodobertum Burgundionum Regem.

NOTÆ.

Hic Autor Chronici rem valde memorabilem de monachatu, licet ipse monachus, silentio prateriit, scilicet, quod circa hunc annum Papa Bonifacius 4. monachis permisit non tantum prædicare, & Sacramenta administrare, & alia Sacerdotum, & Clericorum Officia obire, sed etiam insigni Apologiâ aduersariorum audaciam repressit. Vt habetur quæst. 16. cap. Sunt nonnulli, &c. *Quod quidem Capitulum non truncatum, vt in iure legitur, sed integrum, prout ex Colonienſi Bibliotheca edidit Constantinus Caietanus, apud quem sicut apud Benedictum Aefftenum, vtrumque Benedictinum videre illud poteris, si lubet, nam nimis esset longum hic exhibere integrum.*

Non nego propterea veteres Monachos ab Ecclesiasticis ordinibus olim arceri, sed eos assero postea vsu, & in-

[i]sse ad Sacerdotium promotos, sic [ta]men, vt extra Monasteria Clerico[ru]m muneribus non fungerentur. De[inde] [ta]m autem vsus obtinuit, vt mona[ch]i eadem, ac Clerici officia in Eccle[sia] obirent, quod ad eam rem magis [id]onei esse viderentur. Certe nullus [ne]scit temporibus Gregorij magni eos [ad] Sacerdotium, & ad Prædicatio[nu]m munus vocatos fuisse, vnde tot [de]inceps ex eis Episcopi, & Archie[pi]scopi extiterunt, vt vix numerari [va]leant.

A. C. 607

TEXTVS.

[R]eges, Austrasianus, & Aure[lia]nensis armis Clotarium inua[du]nt. Victus Clotarius ad ini[qu]as pacis conditiones cogitur, [ta]ntumque vrbes duodecim re[gn]i sui retinere iussus est.

608

[D]um Vascones assuetis direp[ti]onibus vexant vicinas Prouin[ci]as, Theodoricus, & Theode[be]rtus fratres immisso exercitu [eo]s acerbè castigant, & tributa[ri]os reddunt.

A. C.

NOTÆ.

608 *Author Chronici tacet hic rem valde notatu dignam scilicet initium Mahometismi. Nam hoc anno Mahometa annos natus 40. cœpisse perniciosas suas adinuentiones, diuulgare putatur.*

TEXTVS.

613 Theodericus hortatu Brunichildis Theodebertum fratrem suum armis inuadit, & victum occidi iubet.

Occidit Brunichildis omnes filias Theodeberti, vnâ exceptâ propter pulchritudinem.

Theodoricus Brunichildem auiam suam, dũ tentat interficere, quia ipsum increpabat, eo quod vellet Theodeberti filiam neptem suam vxorem accipere, ab ea occiditur + potione venenata per Ministros maleficos. Occiduntur etiam filij eius paruuli ab ipsa Brunichilde.

* Alij dicunt periisse fulminis ictu

NOTÆ.

Alij scribunt non veneno peryſſe

eodoricum, sed profluuio ventris, A. C.
n esset Metis, postquam regnum 613
ustrasiæ occupasset contra fratrem
um, & iam cogitaret inuadere
nis Patruelem suum Clotarium 2.

TEXTVS.

Omnibus his regibus interfe- 614
s Clotarius omnium consensu
totis tribus regnis Rex suffe-
as est, Brunichilde admodum
pugnante, & sic Galliarum Mo-
rcha euasit, dignus tanto Im-
rio Princeps.

Consummatis nequitijs Bruni- 618
ildis, iubente Clotario Rege,
i ipsam ad se venire iusserat,
uorum indomitorum pedibus
ata dissipatis membris interijt.

NOTÆ.

*Attamen multi authores nempe
acius, Paulus Æmilius, Tillius
iscopus Meldensis, Papirius Masso,
riana, &c. æstimant fabulas cru-
litates illas, quas illi Reginæ alij
putant, quia Greg. Magnus Papa
udat eam in suis Epistolis, quod fa-*

A. C. 618

tetur Cardinalis Baronius, *sed addit* non laudes Gregorij Crimina postea commissa purgant. *Quasi dicat, cum hic Papa eam laudabat, hæc erat tunc deuota, & paulo post crudelis extitit.*

TEXTVS.

Gundoaldus major domus in Aula Regia vir egregius, atque industrius tunc florebat.

NOTÆ.

Debebat idem author Chronici mentionem facere hic S. Romarici (S. Remire) unius ex magnatibus Theodeberti, cum fuerit Monachus Luxouiensis, & + fundator illustris Abbatiæ Romarici-montis, vel potius Remerici-montis in Lotharingia ad Mosellam, cui primam Abbatissam constituit Gertrudem. Illius S. Vitã edidit Nicolaus Serrarius in libello, cui titultus Comitum par inclytum. *Videndus Franciscus Roserius in stemmate Lotharingio.*

+ Anno 610.

ADDITIO.

Arnulphus Metensis Episcopus datus

à Clotario Institutor Dagoberti filij, A. C.
ıæredis regni, cuius pij viri Consi- 619
, dum Rex vtitur, magnam passus est
Episcopus inuidiam Maleuolorum
minum; & in dies gliscentem calom-
ım.

TEXTVS.

Dagobertus à Clotario patre, 626
ıa cum Pipino Duce in Austra-
m regnare missus, à superiori-
ıs Francis, & Austrasijs in vnum
ıngregatis Rex constituitur.

NOTÆ.

Paulo ante præceptorem affecerat
nominia insigni, auellens ei barbam,
sic patrem tam acerbè irritarat,
vix speraretur reconciliatio.

TEXTVS.

Saxones contra Dagobertum, 630
: Clotarium rebellantes cum
ɔrum Duce Bertroaldo fugati,
: cæsi tanta strage, vt in ipsorum
rra nullus remanserit, qui lon-
ıtudinem gladij sui excederet.

ADDITIO.

Hoc anno iuxta Chronicon Besuæ
ı Burgundia, Dagobertus cultu Regio

A. C. 630

ex iussu Patris honestè ad Clipiacum non procul à Lutetia venit, ibique germanam Sichildis Reginæ nomine Gomatrudem in coniugium accepit. Sed anno 6. regni sui eam relinquẽs, Nantildem vnam ex puellis de ministerio eius accipiens Reginam sublimauit.

Eodem tempore oritur Monothelitarum hæresis; nam cum Hierapoli esset Heraclius ab Athanasio Iacobitarum Patriarcha interrogatus, duæne essent in Christo voluntates, & actiones, an vna tantum? Ab hoc eodem, & Sergio Constantinopolitano, & Cyro Alexandrino Episcopis, vnicam profiteri didicit, quam & Edicto, siue vt appellant *Ecthesi* † publicè proposuit anno 639. & mortuus est anno 641.

† Declarauit anno sequenti hanc suam nõ esse. sed Sergij inuentũ.

TEXTVS.

637

Clotarius Rex senex moritur postquam regnauit annis 44. reliquit Dagobertum, & vnam filiam nomine Balidildem, de qua orta est generatio Caroli Magni, vt dicemus infra.

NOTÆ.

Clotarius Rex, &c. *Non erat senex, si vt alij scribunt, successerit in regno Patris sui quadrimestris.*

A. C. 632.

æterum nullum verbum facit au- Chronici de S. Romano Archie- po Rhotomagensi, qui erat inter os Palatij Clotarij Consiliarius, non eiusdem Regis Cancellarius, vita sancti impressa anno 1609. gentia D. Rigault, & extracta è re quodam martyrilogio, nihil pro- de hac dignitate, neque etiam Bre- rium Rhotomagense. Referunt so- fuisse filium Benedicti, & Fælici- è prosopia Regum Franciæ, & siliarium Regis Clotarij 2. vnde equenter idem author Chronici ta- priuilegium celebre (de la Fierte) *d valde demiror, licet etiam illud erint, Beda, Vsuardus, Aimoi- , Sigebertus, Vincentius, Mola- , Cardinalis Baronius, &c.*

TEXTVS.

Dagobertus trium regnorum onarchiam accepit.

NOTÆ.

rustra volebat eam accipere + *Cha- ertus frater eius ex Sichilde poste- ri coniunge susceptus, cum è Ber-*

+ Vel Aribertus.

D v

A. C. 632 *trude natus esset iam Dagobertus, qui tamen fratris misertus maximam ei partem Aquitaniæ concessit, vt ibi, si vellet, poneret sedem regni, sed eam constituit Tolosæ, postquam totam Vasconiam sibi subiecisset.*

ADDITIO.

Cæterùm inuenitur donatio facta hoc anno Abbatiæ Milebecci (*de Maubec en Berry*) ab illo Dagoberto, & filio eius Clodoueo, in qua conspiciuntur signa eorum, nec non Pipini Ducis Regiæ domus, & Dodonis Comitis, &c. Sed non est facile creditu, quod tunc huiusmodi donationes essent datæ per annos Christi, & quod Clodoueus 2. ad subscribendum in illa donatione esset in ætate capaci.

TEXTVS.

Dagobertus primus fuit, qui de fisco Palatij sui Eleemosinas per Ecclesias distribuit. Erat Rex ipse fortissimus & in iudicijs verus, ita vt timorem sui vniuersis regnis per circuitum incuteret.

Tunc temporis Beatus Audoenus Episcopus Rhotomagensis incœpit clarescere.

NOTÆ. A. C.

*Nemo dubitat quin fuerit hic Can- 633
larius, seu referendarius Dagoberti;
ia hoc asserit Fredegarius, qui
n vocat Dodonem cap. 78. addi-
num ad Gregorij Turonensis Histo-
tm.*

TEXTVS.

Hortatu Heraclij Imperatoris 638
jssimi Dagobertus omnes Iu-
:os, qui erant in suo regno bap-
zari compellit.

Gundoaldus major Domus mo- 640
:ur, & eius in locum † Ercanal- † Ar-
is vir illustris à Dagoberto con- cham-
ituitur. baud.

Interim Aribertus Aquitaniæ
.ex Vascones rebellantes domat,
ıoxque obit sine liberis, vnde
)ta Aquitania redit ad Dago-
ertum.

NOTÆ.

Sine liberis, &c. *Chronicon Ab-
atiæ Bezuæ refert ab eo relictum
uisse paruulum nomine Chilpericum,
ui nec post moram defunctus est fortè*

A. C. 640 *factione Dagoberti. Interim nolo omittere pietatē illius Ariberti, quā ostendit paulo ante mortem. Fundauit prope muros Engolismæ Abbatiam S. Eparchy, vbi sepulchra Comitum Engolismensium visuntur. Verum Gregorius Turonensis videtur hanc pietatem tribuisse aly Ariberto, vel Chariberto filio Clotary 1. Vide eius 6. librū Hist. c. 8. nec non Chronicom Benedictinum scriptum Hispaniæ anno 579.*

TEXTVS.

Dagobertus Sigebertum filiū maiorem natu in Austrasiam cum Pipino direxit, ad regnum statuendum, & Clodoueum iuniorem secum retinuit. Illum habuerat ex Ragindrude pellice, & hūc ex monacha Nantilde vxore sua de genere Saxonum.

ADDITIO.

Reliquit duas filias Irminam, & Modestam matres Congregationis Virginū, quam instituerat S. Modoaldus Archipręsul Treuirensis, postquam Ecclesiam cōstruxisset in honorem B. Mariæ in Palatio Dagoberti qui multa Beneficia ei

:ulerat, vt testatur liber M S. gesto- A. C.
, Archipræsulum Treuirensium ser-
us in Bibliotheca Domini de Thou.
ortuo Heraclio magnis Imperato- 641
s æquando, si Monothelitas deui-
:t, succedit in Imperio Orientis filius
)riore vxore Heraclius Constan-
is, dictus iunior orthodoxus, cui
en post 4. menses extincto, dolo
ıercæ Martinæ, substituitur Hera-
)n alter Heraclij, ex eadem Mar-
: nepte, & coniuge filius, sed post
menses nares illi Senatus decreto,
ıatri lingua præciditur, & fit Impe-
)r Constans Constantini filius, He-
lii nepos, qui religionis cultu Aui,
ım Patris similis esse maluit. Fuit
m Monothelita, cum Pater eius es-
Catholicus. Anno 648. suasu Pauli
iscopi Constantinopolitani Mono-
·litæ edidit edictum *Typus* vocatum,
o imperabat silentium de vna, & de
ıbus voluntatibus, spe reconciliandi
clesias, sed damnatum fuit à Papa
ıeodoro, nec non ab eius successore
Martino, qui ob hoc abreptus Con-
ntinopolim à Theodoro Calliopa
ıarcho Rauennæ anno 649. relegatus
ıt Chersonam, vbi tandem 654. mar-
r Christi decessit.

A. C.

TEXTVS.

644 Dagobertus febre valida correptus diem clausit extremum, sepultusque est in Basilica S. Dionisij martyris.

Aliis 648.

NOTÆ.

+ Espinay.

Profluuio ventris laborans in + Spinogilo villa super Sequanam non procul Parisiis, se deferri iussit ad Basilicam S. Dionisij, vbi expirauit 19. Januarij. Summa prudentia & æquitate regna sua gubernauit dum vsus est S. Arnulphi Metensis Episcopi Consiliis, sed in luxum resolutus 3. vxores, præter concubinas plures, eodem habuit tempore. Procliuis tamen in egenos, & pietati deditus fuit, templum enim S. Dionisij condidit, & aliorum locupletauit spoliis.

TEXTVS.

Clodoueus Dagoberti filius

647 Francorum regnum accepit, vxoremque duxit de genere Saxonem Batildem nomine.

ADDITIO.

A. C. 647

?ranciam tenuit & Burgundiam, ab hoc tempore ad Palatij præ- tos paulatim rerum summa perue- , cum per eos administrarentur nia, regibus vero nomen penè um maneret. Saltem charta & pri- egia illorum nomine scribebantur, cæteris Regia se continebant, nec i semel quotannis, circa Princi- im anni, quod veteribus Francis, l in festo Annuntiatæ Virginis, vel proxima Paschali solemnitate defi- m erat, populo sese offerebant in npo Martis, id est in Parlamento, l in Conuentu generali, vnde for- ılæ illæ vulgares apud Francos, *nné au camp, aller au camp, camper, camper, &c.* Quod & in * Annalibus ræcorum legitur, cum hac ineptis- na fabula Francorum Reges por- rum instar setosum tergum ha- iisse, appellatosque ideo *Trichora- atos*.

* Theophanes ad an. 1. Leonis Isaurici miscelli. ibi 22.

TEXTVS.

651

Pipino duce defuncto Gri- ıoaldus filius eius à Sigeberto ustrasiæ Rege major domus in- ituitur.

A. C. 658

Sigeberto vita functo, Grimoaldus Dagobertum paruulum Sigiberti filium tondens relegat in Scotiam ad vitam monasticam, & filium suum Ildebertum in regno statuit, sed captus in bello à Francis propter tam atrox facinus, & Regi Clodoueo traditus vitam in tormentis finiuit.

NOTÆ.

Sigebertus ille erat insignis Monasteriorum fundator. Eius regno Clodoueus Childericum filium suum præfecit, vt Aimoinus † memorat.

† Lib. 4. c. 43.

TEXTVS.

259

Franci propter brachium argenteum S. Dionisij à Clodoueo abscissum, casibus pestiferis concidunt.

NOTÆ.

Adde & Rex in amentiam incidit iuxta Sigebertum Historicum, præsertim postquam detraxisset tecto templi eiusdem S. Dionisij aurum & argentum ad dandum egenis. Sed vt qualemcumque sacri loci compensaret

triam biennio post celeberrimo Epis- A. C.
orum Conuentu habito, S. Dionisij 659
obium ab Episcoporum omnium
risdictione immune esse statuit, Lan-
ico Parisiorum Præsule assentiente,
deire edita sanctio legitur 10. Cal.
l. anno 16. Clodouei.

ADDITIO.

Circa hoc tempus S. Benedicti corpus
nslatum fuit è Beneuento in Fran-
m & in villa Floriaco super Ligerim
itum.

NOTÆ.

Hoc negat Ostiensis, quia credit
icti corpus in monte Caßino semper
nsisse, affertque quasdam Bullas
pates ad fidem suam struendam,
Franci, Hispani, Angli, cæterique
li eum in hoc errare, Bullasque illas
sas esse constanter asseuerant.

TEXTVS.

Clodoueus omnibus spurcitijs, 661
læ & ebrietati deditus fornica-
is, & fœminarum illusor mori-
r postquam regnauit 16. annis.
Reliquit ex Baltide Regina 3.

A. C. filios, Clotarium, Childericum, & Theodericum.

661

Franci Clotarium 3. maiorem natu Regem sibi statuunt cum ipsa Regina matre regnaturum, quia erat adhuc puer.

NOTÆ.

Fratribus Theoderico, & Childerico diuisa, ac relicta Austrasia est.

TEXTVS.

663 Ercanaldo, seu Eccembaldo mortuo, Franci in eius locum maiorem Palatij constituunt Ebroinum.

ADDITIO.

664 Obiit nunc S. Eligius Nouiomensis Episcopus, vt Surius primo Decembris refert.

TEXTVS.

665 Clotarius 3. Rex puer moritur postquam regnauit annis quatuor.

NOTÆ.

Alij dant illi plures annos regni. Inuenitur Charta exemptionis à vectigalibus soluendis pro Monasterio Cor-

nsi super somonam, quam dedit die A. C.
mensis Decembris anno 5. regni sui. 665
Abbas Iperius in suo Chronico M.S.
ert etiam Chartam eiusdem Regis
tam die Februarij anno 6. regni eius
ca permutationem factam inter
Mammolium Episcopum Nouio-
gi, & Tornaci & S. Bertinum
bbatem de Sithiu.

TEXTVS.

Theodoricus frater Clotario
bstituitur in regno, sed Childe-
cus Austrasiæ Rex, & natu ma-
r armisque superior Theodori-
im adegit in Monasterium
Dionisij pulso etiam ad vitam
onasticam Ebroino eius Palatij 656
æfecto, in Luxouiense, *Luxeul*
Bourgogne.

Childericum Franci ob corru- 674
os mores exosum habent.

ADDITIO.

Tunc temporis huius inertia, Aqui- 675
nia vsurpatur à quibusdam magnati-
is Prouinciæ, qui se dixere Vasconiæ
eges, sed postea Carolus Martellus
ım eis per vim eripuit.

A. C. 676

Alii dicũt 667

Childericus leui existens animo, & omnia incautè agens, dum valde opprimit Francos, à Bodilone nobili Franco, quem sine causa ad stipitem ligatum verberari iusserat, in venatione interficitur vna cum Regina eius vxore prægnante, Bilichilde.

NOTÆ.

Iac. Sirmundus in suis notis ad tomum 1. *Conciliorum pag.* 620. *meminit filij eius Childerici, qui in quodam diplomate Corbiensi subscriptus legitur anno* 1. *regni sui, sed alibi ne minima quidem eius mentio fit.*

TEXTVS.

Franci Theodoricum extractũ è Monasterio restituunt regno, & consentiente beato Leodegario Augustodunensi Episcopo, & Guerino fratre eius, Leudesium Ercanaldi filium majorem Palatij ei tradunt.

Ebroinus è Luxouio egressus cum armorum apparatu in Franciam reuertitur, & Leudesium

orem Domus vna cum Theo- ico Rege in fugam vertit, at im in ſuas partes trahit Re- ı.

A. C. 676

aulo † poſt ſanctum Leode- um Epiſcopum diuerſis tor- ıtis affectum gladio feriri .t, Guerinumque fratrem eius pœna damnauit. Erat hic nes Pictauienſis.

† Quidā ſcribunt anno 685.

NOTÆ.

hronicon M. S. Abbatiæ S. Ber- refert, quod Theodoricus pœni- a ductus pro morte B. Leodegarij, liorum ſanctorum afflictione, Mo- rium S. Vedaſti conſtruxerit in ra ım Attrebatenſem ſuper flunium ınchon anno Domini 686.

TEXTVS.

682

Ilfoaldus major domus, qui :rat in Auſtriam, omniaque regebat, hoc tempore mori- , & ei ſubſtituitur ab Auſtra- is Pipinus filius Beggæ filiæ ini primi, & Anchiſiſi filij rnulphi Ducis Boſolanæ.

A. C. 682 Exoritur mox bellum inter Pipinum, & Ebroinum majorem domus Theodorici Regis, sed fauente victoria Ebroino, Pipinus se in Austrasiam recepit.

683 Ebroinus dum magis ac magis Francos opprimit, ab Hermenfredo nobili Franco, quem ipse interimere cogitabat, occisus est, occisor in Austriam ad Pipinum confugit.

688 Garatus iussu Theodorici Regis major Palatij efficitur.

Gislemarus Garati filius patri insidiatur, vt in locum eius intrudatur, sed damno suo.

Alii dicũt anno 677. Interim obijt Beatus Audoenus Rhotomagensis Episcopus.

687 Bertarius, seu Dertarius homo inutilis à Francis inter se diuisis major Palatij statuitur.

Sed Pipinus 2. qui Austrasiam regebat nouo exercitu comparato Theodoricum vincit, & pulso Bertario majore domus eamdem dignitatem consequitur

c cœpit iterum Francorum A. C.
ıtegrari Monarchia.

ıeodoricus Francorum Rex 689
itur relictis duobus filijs,
:um natu Maximus vocatus
doueus 3. regnum Patris con-
at.

unc Ado Clotarium vocat, & us author Chronici M. S. S. Ber- refert patrem eius sepultum fuisse asilica S. Vedasti quam ipse fun- t. Vbi elogium eius apparet, sic se ns,

:x Theodericus, ditans, vt ve-
us amicus
os ope multimoda, iacet hic
um coniuge Doda.
ui legis hac hora Dominum
oro Regibus ora,
uneribus, quorum stat vita Dei
amulorum.

TEXTVS.

Gallorum Rex Clodoueus 3. 693
ım deseruit. Succedit Childe-
tus frater nominis huius se-
ıdus.

A. C. ADDITIO.

696 S. Lambertus Leodiensis Episcopus electus ætatis 21 hoc anno castigare ausus intemperantiam Pipini erga pellicem Alpaidem à Dodone fratre Alpaidis obtruncatur, cui suffectus est S Hubertus Princeps Aquitanus, cuius vitam conscripsit, & edidit Luxembergi anno 1621. Ioannes Robertus Arduennas S. I. sacerdos.

698 S. Mummolus Abbas Floriacensis cœnobij (cuius, diligentia reliquiæ S. Benedicti asportatæ fuerunt è Cassino ad prædictum Monasterium) rediens è S. Iacobo, obiit Burdegalæ, vbi iacet in Monasterio S. Crucis, sub lapide marmoreo. Breuiarum Burdegalense dabat illi 370 annos vitæ, sed tot anni reducti sunt ad 70. ab Eminentissimo Cardinali de Sourdis, suasione R. P. Frontonis Ducei Iesuitæ, qui monuit eum erroris, ad lectionem hymni huius sancti, qui dat tantum ei 70. annos vitæ. Vide Tomum 7. Baronii.

TEXTVS.

710 E vita discedit Childebertus 2. & pro coregnat eius filius Dagobertus 2.

ADDITIO.

Sancta Odda Bogis Ducis Aquitanorum,

A. C.

um, & amita S. Huberti sanctitate iaret in Gallia, quæ Ecclesiæ Dei sua itauit magnificentia & moriens in eodiensi quieuit parrochia. Sic Sigeertus in Chronico. 710

Diem clausit extremum hoc anno ipinus 2. postquam Carolo Martello lio suo Notho suam præfecturam regnasset, quod tamen nouerca Plectruis impedire studuit. 714

Franci pellunt maiorem domus Theoaldum filium Grimoaldi, & nepotem ipini primi.

Carolus Martellus euadens è carere, cœpit armis præfecturam Patris uærere, inuita nouerca Plectrude, sed Francis repulsus est. Hinc tamen rectè imitur initium principatus eius, si uod multi affirmant, 27. annorum. uit vsque ad Pipinum breuem, & ad ipinorum dynastiam in Gallia. 715

Interim lucis vzuram amittit Dagoertus 2. & educto ex Monasterio Daieli, qui ex stirpe regia erat, nomen hilderici imponitur vna cum regni iademate.

NOTÆ.

Hic erat filius Childerici, & nepos lotarij 3. vt testatur Charta memoralis excrepta ex M. S. Virdunensi, &

A. C.

ADDITIO.

696 S. Lambertus Leodiensis Episcopus electus ætatis 21 hoc anno castigare ausus intemperantiam Pipini erga pellicem Alpaidem à Dodone fratre Alpaidis obtruncatur, cui suffectus est S Hubertus Princeps Aquitanus, cuius vitam conscripsit, & edidit Luxembergi anno 1621. Ioannes Robertus Arduennas S. I. sacerdos.

698 S. Mummolus Abbas Floriacensis cœnobij (cuius, diligentia reliquiæ S. Benedicti asportatæ fuerunt è Cassino ad prædictum Monasterium) rediens è S.Iacobo, obiit Burdegalæ, vbi iacet in Monasterio S. Crucis, sub lapide marmoreo. Breuiarum Burdegalense dabat illi 370 annos vitæ, sed tot anni reducti sunt ad 70. ab Eminentissimo Cardinali de Sourdis, suasione R. P. Frontonis Ducei Iesuitæ, qui monuit eum erroris, ad lectionem hymni huius sancti, qui dat tantum ei 70. annos vitæ. Vide Tomum 7. Baronii.

TEXTVS.

710 E vita discedit Childebertus 2. & pro eo regnat eius filius Dagobertus 2.

ADDITIO.

Sancta Odda Bogis Ducis Aquitanorum,

rum, & amita S. Huberti sanctitate clar et in Gallia, quæ Ecclesiæ Dei sua ditauit magnificentia & moriens in Leodiensi quieuit parrochia. Sic Sigebertus in Chronico. A. C. 710

Diem clausit extremum hoc anno Pipinus 2. postquam Carolo Martello filio suo Notho suam præfecturam resignasset, quod tamen nouerca Plectrudis impedire studuit. 714

Franci pellunt maiorem domus Theobaldum filium Grimoaldi, & nepotem Pipini primi.

Carolus Martellus euadens è carcere, cœpit armis præfecturam Patris quærere, inuita nouerca Plectrude, sed à Francis repulsus est. Hinc tamen rectè sumitur initium principatus eius, si quod multi affirmant, 27. annorum, fuit vsque ad Pipinum breuem, & ad Pipinorum dynastiam in Gallia. 715

Interim lucis vzuram amittit Dagobertus 2. & educto ex Monasterio Danieli, qui ex stirpe regia erat, nomen Childerici imponitur vna cum regni diademate.

NOTÆ.

Hic erat filius Childerici, & nepos Clotarij 3. vt testatur Charta memorabilis excrepta ex M. S. Virdunensi, &

A. C. 715

communicata R. Patri Sirmondo Iesuitæ, qui eius mentionem facit in suis notis ad primum volumen Franciæ Conciliorum. Fuit illa data in fauorem Abbatiæ Corbiæ pro quodam pago Ambianensi, quem (*ait ille*) præcelsus Aunculus noster Glotarius quondam Rex, vel domna, & Auia nostra Baldechildis quondam Regina, &c. visæ fuerant construere, &c.

ADDITIO.

Huic Childerico Raginfredus Palatij præfectus adiungitur. Sed paulo post vterque à Carolo Martello superatus, ad Eudonem Vasconũ regulũ profugit.

717 Carolus Martellus, dum pergit ius paterum repetere, pugnat hoc anno iusta acie aduersus Francos apud Cameracense oppidũ, & victo Chilperico Rege, hostes vsque Parisios persequitur.

NOTÆ.

Nihilominus reperitur charta hoc anno subscripta ab illo Rege (Chilperico 2.) in qua vult, vt eligatur Abbas in Monasterio S. Mauri super Ligerim, qui corpore sit castus, mente de-

uotus, sacris scripturis eruditus, & conuersatione regulari instructus, ut ipsi Monachi sub quieto ordine viuentes nihil patiantur inquietudinis, &c. A. C. 717

ADDITIO.

Carolus Martellus Austrasiam inuadens Coloniam cœpit, & Nouercam Plectrudem ad ea, quæ ipse volebat, impulit. 718

NOTÆ.

Visitur Coloniæ Agrippinæ tumulus illius Plectrudis sic inscriptus.

Legali thalamo Plectrudis iūcta Pipino,
Dragonem genuit, magnumque Ducem Grimoaldum.

TEXTVS.

Mox Chilpericum iterum victum fugere coegit ad Aquitaniæ regulum, & ei substituit quemdam Clotarium, quem titulo tenus regnare facit, sed eo mortuo, paulo post ipsum Chilpericum repetit ab illo regulo, & pari titulo regnare satigit.

Chilpericus nunc Carolo Mar- 720

A. C. tello deditus moritur, qui ſubrogat idem Carolus quemdam Theodoricum 2. qui regnat tanquam perſonatus Rex 18. annis.

720

NOTÆ.

Aubertus Miræus Decanus Antuerpiæ cap. 6. chartarum Belgicarum, & cap. 13. Eccleſiarum notitiæ, producit chartam vel priuilegium huius Regis Theoderici 2. pro Abbatia S. Bertini ad inſtantiam S. Erkembondi Abbatis, ex qua excerpam hæc duo verbula, vt dignoſcatur quis fuerit ille Theodoricus Rex. Præceptionem (*inquit*) ipſius Principis proaui noſtri Clodouei, cum confirmationibus prędeceſſorum Aunculorum noſtrorum Clotarij, & Childerici, ſeu Auorum noſtrorum Theodorici, & Childeberti, atque conſobrini noſtri Chilperici quondam Regis, &c. Signum glorioſi Regis Theodorici, datæ quando fecit Martius dies tres, anno primo regni noſtri Sueſſionis ciuitate I.D.N.F.A.

724

ADDITIO.

A. C.

Eudo Aquitaniæ Dux, occupato in Germania Carolo Martello, Franciam inuasit, sed regressus Carolus Eudonem fugat in Vasconiam.

725 Leo Imperator scribit edictum contra sacras imagines. Narrant scriptores tũ impellente quodam Iudæo, qui prædixerat ei Imperium, tum Saracenorum exemplo pertractum in hanc hæresim.

726 Concilium Romanum paulo post celebrat Greg. 3. Papa, in quo damnat illud impium decretum, & ipsum Imperatorem excommunicat, quia decreuisset etiam imaginũ adorationem esse meram Idolatriam, sicut reliquiarum cultum, & intercessionem sanctorum fabulam. Effecit insuper, vt tota Italia, imo totum Occidens ab obedientiâ Imperatoris recesserit, tributaque ei amplius reddere detractauerit.

Interim Eudo Aquitaniæ Dux in odium Martelli, vocat in Gallias ex Hispania Saracenos, qui mox adfuere 400000. occupantq; totam Aquitaniam.

738 Mortuo hoc anno Theodorico Rege personato, fuit interregnum 6. vel 7. annorum, &c.

741 Moritur Carolus Martellus à summis Pontificibus nuncupatus regulus, Dux, & Princeps Francorum. Sane initium

A. C. fecit tutiandi eos, fœlici ad posteros exemplo.

741

NOTÆ.

De morte, & anima illius fabulam lege apud Baronium, & ne ipsius heroïca facinora obliuiscare, præsertim Saracenorum stragem prodigiosam in Turonis Campis, nec non Vasconis Eudonis, & Frisonum subiectionem, & ferè totius Septimaniæ acquisitionem.

ADDITIO.

Filijs eius Carolomano Austrasia, transmarinæque gentes, obuenere, reliqua Pipino.

NOTÆ.

743 *Miræus mentionem facit chartæ in qua Robertus Comes* (*Dhesbay*) *filius Lamberti dat plurimas villas Abbatiæ S. Trudonis* (de S. Tron) *& sic signat chartam* Ego Robertus anno 5. post obitum *Theodorici Regis die 7. post Kalendas Aprilis legitima traditione dedi, ac deputaui quædam de Allodio meo ad Basilicam S. Trudonis, quæ est constructa in villa nomine Sarcinio, &c.*

ADDITIO.

A. C. 743

Carlomanus conuocat Concilium Ratiſponam pro diſciplina Eccleſiaſtica piè ſtabilienda.

NOTÆ.

Ibi fuit inter alia definitum à Patribus, vt regulam S. Benedicti omnes Monachi Franciæ obſeruarent, idque ad inſtantiam prædicti Carlomani, quia viderat prorſus inobſeruetam illam, quam Cæſarius pro Monachis Lerinenſibus ſcripſerat, nec non eam, quæ à S. Martino data erat Monachis Maioris monaſterij, & illam quoque quam S. Columbanus contemporaneus eiuſdem S. Benedicti dederat Monachis Luxouij in Burgundia, quæ inobſeruantia multa ſcandala generabat.

Definitio illa ſic ſe habet Monachi, & Ancillæ Dei monaſterienſes iuxta regulam S. Benedicti in poſterum viuant. *Sic omnes regulæ particulares Abbatiarum, & Prioratuum ceſſarunt, ita vt nulla alia, quam illa ipſius monachorum Patris obſeruaretur. Vide quæ R. P. Sir-*

A. C. *mundus Iesuita super hæc scripsit in suis notis ad Epistolas Sydonij Apollinaris.*

ADDITIO.

745 Carlomanus, & frater eius Pipinus ad Thronum Regium eleuarunt Childericum 3 postremum Merouei posterorum. qui eum vsque ad annum 51. tenuit.

Vel Hildericum.

746 Carlomanus integra ætate & florentissimus rebus, regna, patriãque relinquens generosè se Deo vouit & cœlestis amore vitæ Monachum se professus, Soractæ Italiæ montem petiit, ex quo postea in Cassinum transiit ignotus, sicque res Francica tota ad Pipini iunioris principatum deuoluta est.

NOTÆ.

Hinc conspicitur Monachatum non esse tam vilem, & tam contemptibilem statum vitæ, quam multi sæculares autumant, quandoquidem tantus Princeps, & quamplurimi alij etiam Imperatores, Marchiones, Comites, Barones, imo & Episcopi illum omnibus suis dignitatibus prætulerint, non quidem pusillanimitate quadam, sed vera generositate, & affectione re-

rum cœlestium, nec non & cognitione certa melioris boni. A. C.

CATALOGVS Chronologicus Regum Francorum à Faramundo, vsque ad Pipinum exclusiuè. Transiere anni 333.

PHaramundus regnat annis 11.
Clodion comatus, 18
Meroueus, 11
Childericus, 25
Clodoueus 1. Rex Christianus inter Francos, 30
Childebertus cum tribus fratribus, 33
Clotarius 1. eius frater Monarcha, 5
Cheribertus cum tribus fratribus, 33
Clotarius 2. sub tutela matris Fredegundis, 44. fit Monarcha.
Dagobertus 1. 16
Clodoueus 2. 18

A. C. Clotarius 3. 4
Childericus, 8
Theodoricus ſub Ebroino, 19
Clodoueus 3. ſub Pipino, 4
Childebertus frater eius 2. 17
Dagobertus 2. 5
Chilpericus ex Monacho ſub Martello, 5
Theodoricus 2. cognomine *Cala*, quia nutritus fuerat Calæ Abbatiæ fœminarum, 18

Interregnum 7. annorum.

Childericus 3. vltimus ex Clodouei, 10. ſeu Merouegiorum proſapia. Fuit frater Theodorici, & regnauit vſque ad annum 751.

Chronologica ratio annorum à Natiuitate Chriſti, vſque ad regnum Pipini.

A Natiuitate Chriſti, ad tranſitum S. Martini, anni 402.* A tranſitu S. Martini, ad tranſi-

* Variant autho-

tum Clodouei primi Regis Francorum baptizati, 112

A transitu Clodouei ad transitum S. Eparchij Engolismensis Patroni, 70

A transitu S. Eparchij ad primum annum regni Pipini, 167

A. C. res de anno huius trãsitus Greg. dicit 400. at Sigeb. 401.

Genealogia Caroli-magni.

BAtildis soror Dagoberti I. Regis habuit in coniugio virum inter Francos nobilem Ausbertum nomine, de quo genuit filium nomine Arnaldum. Arnaldus genuit Arnulphum, qui postea derelicto sæculo factus est Episcopus Metis ciuitatis.

Arnulphus antequam cleritatum assumeret habuit vxorem nomine Beggam filiam Pipini ducis maioris palatij, ex qua genuit Ansegisillum.

Ansegesillus genuit Pipinum vetulum Breuem qui fuit abauus Caroli-magni.

A. C. Pipinus Breuis ex vxore ſua Alpaïde genuit Carolū Martellum.

NOTÆ.

Hac vocabatur Alpaïs, & erat pellex, non vxor Pipini.

TEXTVS.

Carolus Martellus genuit Pipinum Pium, qui de ea linea generationis eleuatus eſt primus à Francis in Regem, euacuata linea de genere Faramundi.

Pipinus pius genuit Carolummagnum, qui poſtea Auguſtus eſt appellatus.

LIBELLVS II.

SEV DYNASTIA Carolinorum.

TEXTVS.

A. C. 751.

CHILDERICVS stupidus è fastigio Regio depositus Monachus factus est in Monasterio S. Dionisij, & Pipinus pius à proceribus regni Franciæ de Consilio Zachariæ Papæ Rex constituitur.

NOTÆ.

In Monasterio S. Dionisij, &c. *Alij dicunt in Lexouio sed minus probabiliter, teste Chronico M. S. S. Bertini, quod sic se habet.* Franci Regem Hildericum attonsum in istud Monasterium sancti Bertini

A. C. 751

in Sithiu detruserunt; Quem Abbas noster Nantharius in Monachum suscepit, & vt melius potuit, eius curam egit, Monasterium illud est prope Andomaropolim * in Artesia.

* Saint Omer en Artois.

De Consilio Zachariæ Papæ, &c.

Historia S. Eparchij solitarij Engolismensis addit & nobilitatis Romanæ coniunctim, non autem vtriusque authoritate, vt aliqui scribunt perperam. Proinde non facit mentionem absolutionis subiectorum à iuramento fidelitatis, præstito illi Hilderico vel Childerico, nam tunc huiusmodi absolutio non erat in vsu.

752

Adde quod Tillius protestatur Francos non scripsisse de hoc negotio Papæ nisi post depositionem Childerici, quam Seissel Episcopus pius soli ambitioni Pipini, & non potestati summi Pontificis attribuit.

ADDITIO.

754

Stephanus 3. Papa successor huius Zachariæ furorem Aistulphi Longobardorum Regis fugiens venit in Franciam,

vbi coronauit Pipinum in Ecclesia Abbatiæ * Ferrariæ, ordinis Benedictini * Diœcesis Senonensis.

A. C. 754

* Dicitur etiã Bethleem.

* Alij scribũt in Abbatia S. Dionisij.

NOTÆ.

Iam ipsum Pipinum Sueßionis coronauerat S. Bonifacius Moguntinus Episcopus.

ADDITIO.

Interea Carlomanus frater Pipini Monachus diem clausit Lugduni, aut Viennæ.

Pipinus transit in Italiam, vbi Aistulphum ad conditiones pacis vtiles Ecclesiæ Romanæ coegit.

756 Postea Exarchatum Rauennæ, quam Romaniam vocant & Pentapolim, hoc est Anconam, cum 4. Piceni oppidis, sedi Apostolicæ tradidit.

757 Constantinus Copronymus Imperator pacem cum Pipino constituit, mittens ad eum legatos & munera, inter quæ erant Organa musica, quorũ nondum vsus fuerat in Gallia.

758 Pipinus Saxones compressit & ad tributum compellit.

760 Vaifarium Eudonis filium Aquitaniæ Ducem, Ecclesiarum bona vsurpantem ad iusta etiam compellit.

764 Idem Vaifarius excursiones facit in Franciam, & oppidorum muros, quæ

A. C. Francis vicina erant, diruit, ne ea Pipinus occupans ex tuto rem ageret.

764 Pipinus Aquitaniam noua expeditione instructa penetrat, soloque adæquat muros earum vrbium, quibus integris fidebat Vaifarius Princeps, nẽpe Agini, Petrogorę, & Engolismæ. Postea

765 pro Sidranio vitâ functo facit Capellanum suum Launum, Episcopum Engolismensem, qui erat iam Abbas S. Eparchij.

NOTÆ.

Petrus Fauchetius Præses curiæ monetalis citans Sigebertũ hæc scribit de illo Episcopo. Ablonem, inquit, Pipinus Rex, Capellanum suum fecit Episcopum Engolismensem cum esset in Aquitania, quod forte dedit occasionem priuilegio Episcoporum Engolismæ, quo se protestantur Archicapellanos Regum Francorum à tempore, quo hi ingrediuntur Aquitaniam vsquo-dum ab ea discedant. Quod tamen Ludouicus 7. dictus Iunior non concessit Lamberto Episcopo loci, quãdiu mansit in illa prouincia, cum videret eum velle vti iure suo prætenso.

Hactenus ille *sed hallucinatus* * *est profecto, nam Sigebertus non loquitur de illo Ablone, nec inuenitur etiam in Catalogo Episcoporum Engolismensium, licet inueniatur duplex Aptonius, quorum vtroque nomine posset quidem Apton, non Ablon effici, tamen vterque Episcopus erat multo antiquior Pipino, quandoquidem primus Aptonius fuit Capellanus Clodouei I. & secundus Chariberti. Adde quod Capellanus nostri Pipini vocabatur Launus, vt asserit Monachus S. Eparchij in vita Carlomagni, nec non codex vetus manuscriptus, cum prædicto Catalogo Episcoporum Engolismensium.*

A. C. 765

* In eadẽ Hallucinationem illapsus est post hunc Præsidentem Sebastianus Roüillard in libro suo magni Eleemosinarij.

Ranchinus in sua generali descriptione Europæ hallucinatus est etiam vocans Langium illum Launum.

Cæterùm patet inde, quod tres Capellani nostrorum Regum fuerint facti diuersis temporibus Episcopi Engolismenses, quod non latuit R. P. Philippum Labbatium S. I. in suis Elogijs Historicis Regum Franciæ. *

* Pag. 395.

A. C. *TEXTVS.*

766 Pipinus Rex villam de S. Valerico Canonicis S. Martialis dedit, ſicut & Canonicis S. Stephani Lemouicenſis villam quæ dicitur Solenniacenſis.

767 Idem Pipinus Synodum habuit Gentiliaci inter Romanos, Græcos, Aquitanicos, & Francos de fide S. Trinitatis, & de ſanctorum imaginibus.

NOTÆ.

Id eſt de proceßione Spiritus ſancti à filio, & de cultu imaginum. Adfuere Legati Imperatoris Conſtantini Copronymi (ait Æmilius) qui iußi ſunt monere ſuum Cæſarem, vt cum cæteris pijs ſentiret.

TEXTVS.

Poſt Concilium itum eſt noua expeditione in Aquitaniam, vbi Cadurci, Toloſa, Albij, aliaque oppida recipiuntur à Pipino.

Vaifarius Aquitaniæ Dux in prelio occiſus eſt.

NOTÆ. In fugâ à ſuis.

TEXTVS. A. C.

Pipinus victor redit ad Reginam Bertham vxorem suam in vrbem Santonum, vbi ægrotans se deferre fecit ad S. Dionsiij Abbatiam in Francia, in qua hydropisi mortuus est & sepultus anno ætatis suæ 54. 768

ADDITIO.

Reliquit hæredes suæ ditionis duos filios Carlomanum, & Carolum (qui postea magnus dictus est) illi obtigere Suessiones, cum Rhenanis Prouincijs, huic vero Occidentalis Gallia, cum Burgundia, & Aquitania.

TEXTVS.

Primus fuit coronatus in Nouiomagi ciuitate, & alter in Suessionis vrbe, vterque eodem die.

Rebellant Aquitani creato Duce Hunoldo seu Vialdo, sed eos mox repressit Carollus, capiens illum cum vxore, & liberis.

ADDITIO.

Tunc Frontiacum oppidum, edito loco, ad Dordonam fluuium condidit, imposito præsidio. 769

Sicque rediit Prouincia Burdega-

A. C. 769

lensis in potestatem Francorum, & habuit à Carolo Comitem temporarium Sequinum Patrem Hugonis Burdegalensis (*Huon de Bourdeaux*) de quo tantæ fabellæ euulgatæ sunt.

TEXTVS.

Launo Engolismensi Episcopo, & Abbate S. Eparchij postulante, Carolus terræ Episcopatus, & Abbatiæ, authoritate sua confirmauit, & per Bartholomeum Cancellarium diploma super hoc confici iussit.

NOTÆ.

Vide quomodo loquatur de hac re Monachus ipsius Abbatiæ S. Eparchij in vita eiusdem Caroli magni. Dominus Carolus recepto Vualdo, & præparato castro Fronciaco redijt Engolismam, vbi postulante Launo Episcopo fecit in Monasterio S. Eparchij authoritatem præcepti de terris, quæ ibi sine contentione erant. Quod præceptum Bartholomeus Cancellarius eius scripsit & ipse Dominus

Rex manu ſua firmauit, & de annulo ſuo ſigillauit. A. C. 769

TEXTVS.

Eo tempore erat in ipſo Monaſterio S.Eparchij Canonicatus habitus.

ADDITIO.

Curat Carolus Vormatiæ celebrari Concilium, cuius Canones habentur 80 & inter alia decretum, ne Clerici ad bellum cogantur, neue Concilia celebrentur ſine Romani Pontificis ſententia. 770

TEXTVS.

Carlomanus Caroli-magni frater in villa Salmoniaco moritur. 771

ADDITIO.

Poſt eius mortem Rex Carolus totius Galliæ Princeps, ſalutatur, & repudiata Bertha filia Deſiderij Regis Longobardorũ, Hildegardim Sueuam accipit in coniugem.

TEXTVS.

In Senatu Galliæ decretum eſt bellum Saxonicum, & prima expeditione hoſtes à Carolo-magno domantur. 772

Exercitus Caroli-magni dum in Saxonia Ermenſul Phanum

A. C. destruit, penuria aquæ laborans
772 media die ebullijt torrens aquas salubres exercitui, & iumentis, quæ satis essent.

NOTÆ.

Ermensul Phanum destruit, &c. *Alij scribunt Irminsul idolum euertit, quod Saxones in castro Eresburgo adorabant.*

TEXTVS.

773 Carolus hortatu Adriani Papæ contra Desiderium Regem Longobardorum pergit.

Dum obsidetur Papia, Carolus, appetente Pascali solemnitate, Romam venit, vbi aparatissimè exceptus est.

NOTÆ.

Tunc singulos gradus scalarum Basilicæ S. Petri deosculans, ad Pontificem ascendit, qui eum in atrio super gradus expectabat, vt notauit post Anastasium Cardinalis Bellarminus in priori parte Chronologiæ 543. pag.

TEXTVS.

774 Interea Saxones fœdere rupto

confinia Francorum vastant. A. C. 774

Cum incedere vellent Ecclesiam in loco, qui dicitur Fricdesslar sitam, quam Beatæ Mariæ S. Bonifacius Martyr consecrauerat, & spiritu Prophetico prædixerat, quod nunquam cremaretur, nutu diuinæ majestatis perterriti, in fugam conuersi sunt, nemine eos persequente.

Carolus Papiam reuersus eam capit, necnon Desideriũ Regem cum vxore, & filia, & Thesauris.

NOTÆ.

Hunc perpetuo exilio in Eburones deportari iussit.

Postea Longobardi totius Italiæ illi se subdunt.

ADDITIO.

775 Caroli-magni rogatu Turpinus, vel Tilpinus (qui ex Monacho S Dionisij Rhemorum Pontifex electus fuerat pro S. Rigoberto) ab Adriano pallij vsum impetrauit. Est is, quem aliqui faciunt authorem libelli illius fabulosi, qui per manus inuentutis, in cuius gratiam scriptus videtur, currit, sed eius

A. C. 775

neque Frodoardus in Tilpino, neque Adelmus, neque Lupus, neque Vitaldus, & Theodulphus temporũ illorum grauiſſimi ſcriptores vſquam meminere. Ab homine imperito, ac mendaci compoſitum multa arguunt. De morte quidem Caroli-magni cap.31. mentionem facit, cum tamen conſtet ipſum Tulpinum deceſſiſſe anno 811. & Carolum-magnum anno 814. Deinde loquitur de proditione Ganeleonis, qui fuit tantum Archiepiſcopus Senonum tempore Caroli Calui, &c.

Carolus magnus Saxones vincit denuo, & eis inducias concedit.

Rediens in Franciam frequentes celebrat Synodos ad ciuilem & Eccleſiaſticum ſtatum piè formandum, & earum 168. capita in libellum coniicit.

TEXTVS.

Aldalgis Deſiderij filius elapſus fuga Conſtantinopolim aduenit, vbi ab Imperatore impio Copronymo patricius factus, amplius in Italiam non redijt.

NOTÆ.

776

Alij faciunt illum Aldagiſum, non filium, ſed fratrem Deſiderij, & alij

alij nuncupant eum Adolphum, non Adelgisum. A. C. 776.

TEXTVS.

Rotgaudus Logobardorum Dux aduersus Carolum rebellis, ab ipso occiditur in pugna.

NOTÆ.

Sigonius vocat hunc Rhogandum Foroiuliensem Ducem, & Aldegisum fratrem Desiderij fugisse à pugna narrat.

TEXTVS.

Saxones iterum deuicti baptisantur, excepto Vithichindo Duce eorum, qui in Normanniam confugit.

ADDITIO.

Carolus Synodum publicam habet Paderburnæ, vbi cohuenerunt omnes Francorum primatus, Saxones etiam, nec non tres Sarraceni Reges ex Hispania, qui sanctum Baptismum susceperunt. 777.

TEXTVS.

Carolus exercitum ducit in Hispaniam, vbi Pãpiloniam destruit, & ferè totam Hispaniam Vasco- 778

A. C. 778

niamque suæ ditioni adiungit, sed in reditu damnum accipit à Vasconum latrocinijs.

NOTÆ.

Eginhardus in vita Caroli, Rolandi obitum contigisse tunc scribit, vnde fabulæ ab Hispanis inuentæ.

Forte tamen non est fabula additio Chronici Burdegalensis dicentis, quod illum Rolandum vsque Blauiam Carolus deferre fecerit, & in Beati Romani Basilica honorificè sepelierit, mucronemque ipsius (Durandal) ad caput, & tubam † eburneam ad pedes, in honorem Christi, & probæ militiæ suspenderit. Tubam postea aliam in B. Seuerini Basilicam apud Burdegalam condignè transtulit.

† Alias cornu eburneum.

TEXTVS.

Carolo impedito in Hispaniarum expeditiones Saxones iterũ rebelles fiunt, Vithichindi Duci hortatu, sed iterum vincuntur.

779

Childebrandus Dux Spoletanus, cum multis muneribus, se Carolo-magno offert.

Saxones adhuc tumultuantur, & ad officium reuocantur. A. C. 780

Carolus-magnus è Saxonia orationis causa vna cum Aldeardi † Regina vxore Romam pergit. 781

† Alij Hildegardi Sueua.

NOTÆ.

secum duxit etiam duos filios Pipinum, & Ludouicum, qui à Pontifice Reges appellati sunt, Pipinus Italiæ, & Ludouicus Aquitaniæ, idque postquam vterque ibi à Pontifice ipso baptisatus fuit.

TEXTVS.

In reditu Gisla eiusdem Caroli filia Mediolani, ab Archiepiscopo (Thoma) baptisatur.

Formosus, & Damasus Episcopi Adriani Papæ Legati, cum Riculpho Diacono, & Eborardo Magistro Pincernarum Carolimagni Legatis, ad Thassilonem Baioariorum Regem, pro confirmāda pace cum Carolo mittūtur. 782

Synodus in Colonia à Carolo habetur.

Iterum Saxones solito more re-

A. C. bellant, cōſilio Vithichindi Ducis.

783 Aldeardis (ſeu Hildegardis) Regina Caroli-magni vxor moritur, vna cū Bertha ipſius Caroli matre.

784 Carolus Rex miſſo Carolo filio in Veſphalos, Saxonum fautores, victoriam conſequitur.

785 Saxones rurſus rebellantes à Pipino cæduntur, & eorū bellū nunc finē accepit, pace firma conſtituta cū Vittikindo eorū Duce qui baptizatur.

NOTÆ.

Pace firma conſtituta, &c. *Alij referunt hanc pacem ad annum* 804. *quo tandem firmè conſtituitur an.* 34. *ex quo bellum cum illis rebellibus inchoatum eſt.*

Cum Vittichindo, &c. *Hic ille eſt, à quo Saxoniæ Duces, & Hugo Capetus Galliarum Rex, oriuntur, ſi Germanis Hiſtoricis creditur.*

TEXTVS.

786 Carolum Audulfum Seneſchallum contra Britannos mittit, & per eum illos domat.

787 Aregiſus Dux Beneuenti Deſi-

derij gener à ſuis Epiſcopis Regem ſe inungi facit, filium ſuum Romaldum ad Imperatorem Conſtantem mittit, & exercitum ducit in vicinas Pontificis Prouincias: Sed adeſt properè Carolus, qui eum ad pacem, & obſides, omnemque ſubmiſſionem armis impulit.

A. C. 787

Iterum Carolus orationis cauſa Romam proficiſcitur.

NOTÆ.

Hoc accidit poſt illum Aregiſum * *victum, ſed quo anno dubitatur à multis. Cardinalis Baronius hanc victoriam ad annum 787. refert ſecutus Reginonem, Iacobus vero Breülius, qui Caſſinenſe Chronicon cum Aimoino edidit, vult accidiſſe anno 774. Aſtipulantibus (inquit) Francorum Annalibus: Sed labitur, Francorum enim Annales illam referunt in annum 786. Quidquid ſit, Author Chronici noſtri hic rem valde notabilem ſilentio præterit, nempè, quod Rex Carolus rediens victor Benenento, ora-*

† Alij ſcribũt Archẽ, & Archiſiũ.

A. C. 787

tionis causa Caßinum petierit ad corpus S. Benedicti, quos fratrum omnium precibus se commendarit, præceptum + confirmationis de tota terra Caßinensi dederit, iusseritque, vt monachi iuxta præscriptum regulæ S. Benedicti, Abbatem sine cuiusquam præiuditio libenter in posterum eligerent.

+ Id est diploma Regium, vnde *Secretaires des cōmandemens.*

TEXTVS.

Cantores Romanorum, & Gallorum de cantú in Ecclesijs certantes, qui tandem melius cantarent, Carolum-magnum huius rei iudicem statuunt.

Carolus Rex iudicat in Romanorum fauorem dicens eos accepisse cantum à fonte, nempe à S. Gregorio Papa, qui illum notis notauerat, & Francos suum hausisse à riuis, qui facilè alterantur.

Theodorum, & Benedictum Romanæ Ecclesiæ cantores peritissimos obtinet ab Adriano Papa, vt cantum Ecclesiarum Galliæ corrigant, quod vbi peregerint Romano more in illis cantari

iubet per totam ſuam ditionem. A. C.

Imo Romanos Organiſtas ad- 787 uocat in Galliam, qui Francos organa pulſare doceant.

Taſſilo Baioariorũ Dux, multa 788 hoſtilia in Carolum auſus contra fœdus, ab Adriano Papa anathemate percutitur.

NOTÆ.

Taſſilo Baioariorum Dux, &c. *Alijs dicitur Rex, ſed perperam, quia fuerat tantum conſtitutus Dux ab Auunculo ſuo Pipino† Patris Carolimagni.*

† Erat ei nepos ex ſorore Hiltrude.

Contra fœdus, &c. *Hoc mirum non eſt, quia habebat vxorem filiam Deſiderij nuper Regis Longobardorum, nomine Liubergam, quæ ad vlciſcendum Patrem, inſtigare maritum non deſinebat. Nam vt ait Iuuenalis Saty.3.* Vindictâ nemo magis gaudet quam fœmina.

TEXTVS.

A ſuis paulo poſt derelictus ſeipſum Carolo-magno tradit cum filio † Theudo, qui à proceribus

+Aliis Theodo.

A. C. 788

iudicati rei mortis, tondentur in Monaſterio Olto, vbi S. Bonifacius requieſcit, ſicque Baioria ſeu Bauaria inter Franciæ prouincias numerari cœpit.

NOTÆ.

Tondentur, &c. *In illo æuo Francorum Reges Fœdifragos, nec non affectati regni, aut nouarum rerum ſuſpectos, omnes captata occaſione necabant, vel cæcabant, aut tonſos in Monaſteria trudebant.*

In Monaſterio Olto, &c. *Neſcio quid intelligat author per illud* Olto. *Nam certum eſt S. Bonifacium requieſcere in Monaſterio Fuldæ, quod ipſe condiderat.*

TEXTVS.

Childebrandus, & Grimaldus filius Arageſi iam vita functi, quos duces Carolus pro ſe conſtituerat, illum Spoleti, & hunc Beneuenti, cum Francis, Græcorum exercitum inuadentem Italiam, vincunt.

NOTÆ.

Nonnulli ſcribunt in pugna, qua

data fuit in Calabria, captum extinctumque fuisse Adolphum Desiderij Regis filium, & illos duces fidem suam Regi Pipino egregiè exhibuisse.

A. C. 788

ADDITIO.

789

Alcuinus dictus Albinus Bedæ discipulus nobilissimæ Parisiensis Academiæ fundamenta iacit socijs Rabano, Claudio, & Ioanne Scoto.

NOTÆ.

Eginhardus in vita Caroli insignem Regis liberalitatem in hac fundanda Academia notauit, quem secutus est Genebrardus, & Robertus Gouleins in suo compendio de Parisiensis Vniuersitatis fundatione.

ADDITIO.

Carolus Rex misit ad Theodemarum Abbatem Cassinensem per Aldegarium Episcopum de Francia literas, rogans, vt aliquos sibi de Monasterio B. Benedicti dirigeret fratres, qui regularem disciplinam in his partibus iam extinctam reuocarent.

NOTÆ.

Hoc fecit ille Abbas mittens ei etiam

A. C. 789

regulam, & hymnos, qui tunc ex traditione + canebantur, pondus quoque libræ panis, & mensuram vini, sed & calicis mensuram, quam in mixto seruitores accipere debent, & omnem consuetudinem, quæ tunc in illo loco seruabatur, scriptam transmisit. En titulum, seu superscriptionem responsionis ad illas literas, ex parte Congregationis S. Benedicti ad Carolum Regem Francorum de priuatis eorum moribus.

Propagatori, ac defensori Christianæ Religionis Domino Carolo per Christi potentiam Regi sapientissimo, ac fortissimo Theotmar exiquus, & vniuersus B. Benedicti Patris Grex vestro subditus dominatui, æternam in Domino salutem.

Cæterum hanc responsionem à Petro Pithæo acceptam Chronico Caßinensi subiecit Breülius anno 1603. qui omisit illum titulum, sed aliud exemplar ex codice valde vetusto S. Maximini

Treuiris descriptum publicauit Prior Aefftenus in suis Commentarijs ad regulam S. Benedicti. A. C. 789

Post omnia ad finem responsionis est hoc distichon.

Salue salus patriæ, lumenque, decusque tuorum,
Maxime regnantum noster, & altus amor.

Quod deest impresso Breülij exemplari. Quomodo autem illâ Carolus sit usus, non arbitror satis liquere. Breülius recitata Epistola, hæc subiecit. Reformatio cœnobiorum ordinis S. Benedicti in Gallia per Carolum-magnum, euocatis, vt dictum est aliquot monachis Cassinensibus attentata. An vero effectum fuerit sortita, incertũ. Sed diu non durasse certissimum est, nam Ludouicus Pius Imperator Rex Francorum filius eius hoc etiam in negotio plurimum laborauit. *Sic ille.*

ADDITIO.

Irene oratoribus ad Carolum-magnum missis filiam eius nomine Ery- 795

A. C. 791 † Egi-nardus vocat eã Ro-trudem. *Zonaras.

thro † Constantino filio suo in matrimonium dari petit, pactisque iureiurando confirmatis. Elysæus Eunuchus cum Notario apud Carolum mansit, vt puellam Græcis literis ac sermone, & moribus Græci imperij † instituerer. Sed anno 796. Irene puellam ex Arimenia adduxit nomine Mariam, Constantinoque, licet inuito vxorem dedit.*

TEXTVS.

792 Carolus Pannonicum, seu Auaricum bellum aggreditur contra Hunnos ad Danubium, qui se Auares etiam dicebant, & inter alia tenebant Austriam.

Auares contra Bauaros pugnantes à Grimaldo, & Audacro Caroli-magni ducibus in fugam vertuntur, victoriam eis cedẽtes.

Carolus-magnus pro victoria illa, proque salute exercitus per triduum Litanias fieri, & missarum solemnia celebrari iubet.

Concilium congregat Ratisponæ, cum Papæ Adriani authoritate, ad condemnandum heresum Fœlicianam.

NOTÆ. A. C. 792.

*Id est hæresim Fœlicis Orgelitani, quia erat Episcopus Orgellorum in Pyreneo monte, qui cum Elipando Episcopo Tolletano resuscitauerat errorem antiquam Nestorij, asserens Christum esse seruum Dei, non filium naturalem; quem errorem vehementer redarguit Ædrianus Papa Epist. ad Episcopos Galliæ Tom. 6. Concilior. negans Christum esse seruum. Sed Theologi docent duas species seruitutis, vnam vilem, & contemptibilem à lege ciuili in pœnam sceleratorum introductam, alteram naturalem, & honorabilem naturæ, respectu creatoris, cui seruire regnare est. Christus (inquiunt) non fuit seruus prima seruitute, quandoquidem erat indigna persona eius regia, sed tantum secunda, quæ nobilitati filiationis eius non præiudicat. Idcirco est in domo patris sui æterni sicut seruus, & filius simul, semper filius, & semper filius, vnus filius proprius per naturam inter omnes filios hominum, * & vnus seruus singula-*

* Hic est fili⁹.

A. C. meus dilect⁹, in quo mihi bene cõplacui ait pater ætern⁹ in mõte Thabor.

riter electus inter omnes seruos Dei, vt loquitur Dominus de Berulle disc. 2. de l'Estat sainct. *Vide Baronium anno Chr. 794. num. 5.*

TEXTVS.

794

Alterum Concilium congregat etiam idem Imp. Francofortij, in quo adfuerunt legati Adriani Papæ Theophilactus, & Stephanus Episcopi, cum Gallorum Germanorum, & Italorum primatibus, ad condemnendam heresim Pelagij, quæ iam tertio damnata fuerat.

NOTÆ.

Hic vocatur à S. Prospero Coluber Britanniæ, id est Angliæ, quia sic olim vocabatur hæc insula. Diuersos habebat discipulos. Alij tenebant, quod homo absque gratia Dei, posset inchoare, & perficere suam salutem, solis viribus naturæ, & liberi arbitrij. Alij, (inter quos erat Caßianus) dicebant solum, quod homo posset inchoare, sed non perficere suam salutem viribus naturæ, & quod ad hoc, op⁹ ee

esset ei Dei gratia, ideo vocabantur semipelagiani. Contra quos omnes surrexit alia hæresis asserens, quod sola gratia Dei absque cooperatione naturæ, & libertatis ex parte hominis saluet hominem. Sed Ecclesia Catholica, quæ semper medium tenet inter duos errores, vt Christus inter duos latrones in cruce, docet gratia Dei, & meritis bonorũ operũ hominem saluari, quia, qui legitimè certauerit, saluus * *erit*, & vis vitam ingredi serua mandata. *Attamen ne fallatur homo in hoc, non debet aspicere sua bona opera, seu merita, nisi tamquam effectus ipsius gratiæ Dei, & diuinæ misericordiæ dona.*

A. C. 794

* Qui creauit te sine te, non saluabit te siue te S. August.

TEXTVS.

Damnata, & reiecta fuit à *Pontificibus falsa Synodus Græcorum, quam falso septimam vocabant pro imaginibus.

*Erant 300.

NOTÆ.

Idem videntur affirmare Regino, Aimoinus, vetus Chronicon à Pitheo editum, nec non Ado, qui scripsit hoc

A. C. 794

tempore, imo Author librorum Caroloninorum. Demus quidem, quod hi insinuunt, damnatam Synodum septimam sub Irene Imperatrice habitam Niceæ in Bithinia, celebratam anno 787. Tamen dubiam in primis hi Historici fidem faciunt, dum pugnantia dicunt. Nam decretum Francofordiense, quod citant (extat illud in præfatione librorum Carolinorum) ait damnari Synodum Constantinopolitanam, quæ iusserat adorari imagines, & ipsi libri Carolini aiunt damnatam Synodum, quæ habita est Constantinopoli in Bithinia. Quis hic non videt magnam, vel imperitiam sibi ipsi repugnantem, vel etiam deceptionem aliunde natam? Sed quid mirum, si 7. Synodus in illo Concilio damnata putetur, in quo falsa narratio patribus imposuit? Author enim librorum Carolinorum, vel aliud quicumque, persuasit Concilio 7. Synodum non fuisse à Papa probatam, & decretam imaginibus fuisse latriam (quæ solum naturam diuinam decet.) Vtrumque

falsum. Ac proinde error Concilij, non iuris est sed facti. Propterea certum est Legatos Romani Pontificis non ei consensisse, proindeque Carolus ad Adrianum dissentientes has misit sententias, in libello, qui extat, & capitulare vocatur. Pontifex autem decretum prorsus suo scripto refutauit, vti constat ex Adriani libro de Imaginibus ad Carolum; quæ omnia & Caroli consensum in sententiam Pontificis latè prosequitur hoc anno Bellarminus lib.2. de Concil.cap.8. Baronius & alij.

A. C. 794

TEXTVS.

795 Falstrada 3. vxor Caroli-magni moritur, & sepelitur apud S. Albanum in Franconia.

797 Adrianus Papa moritur etiam, & ipso die mortis huius subrogatur Leo 3. Romanus magno omnium consensu, statimque misit cum muneribus ad Regem Carolum-magnum Legatos, qui ei claues aureas Cõfessionis S. Petri, & vexillum vrbis Romæ deferrét.

A. C. *NOTÆ.*

797 *Fabulam de excisa manu huius Pontificis, quod eam osculata esset mulier & de substituto osculo pedum, refellit Cardinalis Baronius.*

TEXTVS.

798 Henricus Foroiulienſis Dux interfecto Auarorum Duce, Theſauriſque ſpoliatis, ea Carolomagno Aquis palatio miſit. **Verum** Rex magnam Theſauri partem Romæ ad limina Apoſtolorum miſit per Angelbertum Abbatem, & reliquam partem optimatibus ſuis, Eccleſijs, & Monachis largitur.

Tudum cum reliqua Auarorum multitudine, Carolo ſe dedens, Chriſtianus factus, & reliqui Auari baptizantur.

Leo Papa viſu à Romanis priuatus & lingua ei amputata ab Angelo, vtrumque recipit, & per vrbis muros euadens Spoletum ad Ducem confugit.

NOTÆ.

Debebat Author addere, & paulo post ad Carolum-magnum is in Germaniam perrexit, vt ab eo peteret iustitiam de excessibus in se commissis. Ado Viennensis, Aimoin. Abbas Vspergiensis, & multi alij scribunt cum ille Papa Carolum vellet adire, accepisse preces ab eo per literas vt transiens Mãtuam suscitaretur, vtrum in ea sanguis Christi fuisset repertus, sicut fama ferebat: Sed hi authores responsum Papæ non referunt. Attamen Cardinalis Baronius asserit inuentum fuisse Romæ Breue Papale, in quo veritas hæc sanguinis Domini declaratur, id est quod esset ipsemet, qui ex latere Christi fluxerat cum aqua. Hunc vero ego puto tantum esse sanguinem & aquam, qui exiere à crucifixo ligneo, quod Iudæi lancea in latere perforarunt Berytho vt supra dixi loquens de muris Enculismæ dirutis in virtute similis reliquiæ pretiosæ, nam per varias Ecclesias tum Orientis, tum Occidentis ille sanguis adorandus di-*

* Alij hoc referunt ad ann. 804.

A. C. *stributus est, sicut testatur antiquum Breuiarium Engolismense: Imo credibile est eundem sanguinem esse, quem Pipinus ex secunda stirpe Rex primus*

798 *Abbatiæ de Figeac, quam fundauerat, dono dedit in duobus ampullis, vt didicimus à quodam inuentario versibus exarato de cunctis reliquijs, quas Constantinus Imperator Græciæ ad illum Regem misit. Inuentarium illud sic se habet.*

Ampullas geminas dedit hic Pipinus habendas,
Nempe vnam, quæ Christi est sanguine plena sacrato,
Quæ sub prodigio Christi perfundit imago,
Quod casu miro factum fuit vrbe Berytho.

Adde quod totus sanguis ex corpore Christi effusus collectus sit ab Angelis, cum corpus ipsum breui esset surrecturum, vt ferè omnes Theologi docent.

TEXTVS.

Barcinona Hispaniæ ciuitas, quę

à Carolo-magno defecerat, per Zutum præfectum ipsius ei restituta est. A. C. 798

Theoctisius filius Nicetæ tunc sub eodem Carolo Siciliam regebat.

Ludouicus Caroli filius in Hispaniam pergit ad bellum contra Sarracenos, qui ab eo vincuntur.

Adelphonsus Rex Galliciæ, & Asturiæ Carolo-magno, per Fraylam Legatum suum Papilionem miræ pulchritudinis, & magnitudinis mittit.

Irena Constantini Imperatoris, mater apud Carolum-magnum per Legatos suos Michaelem Patricium Phrygiæ, & Theophilum Presbiterum conqueritur, quod filius à suis comprehensis excæcatus sit. 799

NOTÆ.

Hoc malum plerique attribuunt ipsi matri Irenæ, quæ imperare sola affectabat, quod filium Imperatorem omnibus vitijs deditum conspiceret,

A. C. 799

TEXTVS.

Carolus Caroli-magni filius contra Sclauos cum exercitu mittitur, qui eorum Ducem nomine Leonem occidit.

Baleares insulæ à Sarracenis, & Mauris infestari solitæ Carolo-magno se dedunt.

Totam Britanniam minorem Vuido comes, qui in illis finibus præsidebat, Carolo-magno subdit, missis ad eum armis Ducum, qui se dediderant, in quibus eorum nomina proprio sanguine inscripta erant.

Carolus-magnus Zachariam Presbiterum Hierosolimis mittit, cum multis muneribus, vt ea Ecclesijs, & Monasterijs distribueret.

Idem orationis causa ad S. Martinum Turonis vna cum vxore sua noua Liutgarda pergit. Verum ipsa aduersa valetudine, detenta illic moritur, & sepelitur.

NOTÆ.

Author Epitomes tacet hic constructum Monasterium Carrosi (*Charroux*) *in Pictaniensi Diœcesi, sub nomine S. Saluatoris. Hanc cœpit & perfecit cum vxore sua Euphrasia Rogerius primus Comes Lemouicensis, postquam Carolus magnus dono largitus est ei multas pretiosas reliquias, quas ad ipsum miserat Patriarcha Ierosolimitanus nomine Thomas, per Gregorium Abbatem de monte Oliueti, & per Fœlicem monachum. Hæ ex Tabulari Carrosensi sic annunciantur.* De radice Illicis Mambræ, vbi Dominus in figura Trinitatis locutus est Abrahæ: de præsepio I. C. de Tritico, quem Christus suis manibus seminauit; de ramis Oliuarum, cum quibus obuiauerunt Domino pueri Hebræorum: de vinculo corrigiæ, quo Dominus fuit vinctus ad flagellandum: de vestimento, Tunica, & pallio I. C. de spinea Corona Domini, de ligno S. Crucis, &c.

A. C. *TEXTVS.*

800 Ludouicus regendæ Galliæ præficitur, & pater cum Pipino filio Italiæ Rege profiſcitur contra Beneuentanos.

Carolus-magnus Romam inuiſit, & à Leone Papa cum Clero, cæteriſque Romæ primatibus ante Baſilicam S. Petri equo deſcendens ſuper gradus huius Eccleſiæ ſuſcipitur.

Leo Papa cum multa crimina ei obijcerentur coram Carolo, omnique populo Euangelium portans Ambone conſcenſo, & S. Trinitatis nomine inuocato, per iuramentum ab obiectis criminibus ſe purgauit.

NOTÆ.

Tunc omnes pro innocente habuerunt, & Carolus calumniæ authores morte damnauit, ſed interceßione Papa, exilio tantum multauit.

IMPERIVM

A. C. 800

IMPERIVM AD Carolinos.

CArolus magnus natale Domini Romæ, celebrans, eodem die, coronâ capiti eius, per Leonem Papam impositâ, ab omnibus Imperator Augustus appellatur.

NOTÆ.

Multi contendunt, quod Carlos-magnus non tam à Papa fuerit appellatus Imperator, quam à Senatu, populoque Romano, qui protectorem eum habere volebant, maximè cum viderent ipsum iam adeptum fuisse pene quidquid Imperator Græcus in Italia possederat, sicque negant illi à Leone 3. priuatum fuisse Imperatorem Græcum Imperio Occidentis, Carlo-magno, translatum, cum nihil esset transferendum, adduntque eidem nullum ius summos Pontifices habere ad huiusmodi trans-

A. C. 800 *lationem, quia ius eorum extenditur ad ſpiritualia, non autem ad temporalia regna, dicente Chriſto, cuius perſonam gerunt regnum meum non eſt de hoc mundo, ſed non deſunt contradictores, quos nec reprobare, nec approbare ſtatuo, ſufficit mihi in præſentiarum ſcribere hic, quod Anaſtaſius Bibliothecarius, Luitprandus, & Onuphrius in vita Leonis 3. proteſtentur, ſcilicet ita Pontificem ſe geßiſſe erga Carlum-magnum, vt partim illi, & partem Senatui, populoque Romano perplaceret.*

TEXTVS.

801 Terræmotus maximus per totam Italiam contigit. Eius impetu magna pars, Baſilicæ B. Pauli Romæ cecedit, & in quibuſdam locis vrbes, monteſque ruerunt.

Propterea Leo Papa rogationes inſtituit,

Legati Regis Perſarium Imperatori Carlo-magno præſentantur Vercellis, qui ei magna munera, inter quæ Elephantum,

& horologium mira arte compositum obtulerunt.

A. C. 801

NOTÆ.

*Hic mentionem facere debebat author Chronici nostri, S. Saluij Episcopi Engolismensis Valentianis martyrio coronati, si non nescius eius esset. Quod scribo, quia Catalogus Episcoporum Engolismensium nihil dicit prorsus de illo Episcopo. Sed cum dent ei dignitatem illam author Martyrologij Romani, * Cardinalis Baronius, Miræus, Buselinus, * & Ioannes Molanus, + eam habuisse probabile est, licet Petrus de Natalibus, & sanctus Antoninus dicāt Episcopum Ambianensem + fuisse. Contra quos videtur etiam scripsisse Sigebertus dicens eum hoc anno venisse Valentianas ex Aquitania. Succeßit forsan Launo, ex Cœnobiarcha Eparchiano, & ex Capellano Pipini Regis creato Episcopo Engolismensi, cuius tempore fundata fuere duo Cœnobia in agro Engolismensi, vel vicino, nempe Nantuliense, & Baimense.*

*26. Iunij.
* Lib. 2. Annal. Gallo Flandriæ.
* Natal. Sanct. Belgic.
* Tunc erat Episcop⁹ Ambianensis Iesse.

A. C.

ADDITIO.

802 Actum est per legatos de matrimonio inter Carolum, &, Irenem, sed dum hoc agitur, Nicephorus Logotheta Imperium inuadit, Irene relagata in Pathmos insulam, vbi obijt post annum, quo annuente cœlo pax subsecuta est inter duos Imperatores, ea conditione vt vterque Augustus esset, & Orientali maneret Sicilia, cum ea parte, quæ est à Sipontinis in Apulia versus Græciam, reliqua vero omnia essent Imperatoris Occidentis.

TEXTVS.

803 Leo Papa natale Dñi celebrat cum Imperatore Rhemis, vel vt alij scribunt in villa Carisiaco.

804 Carolus Caroli-magni filius à patre missus cõtra Bohemos, eorũ Ducem Leonem nomine occidit.

805 Donatus Iaderæ ciuitatis Episcopus Vuilericus, & Paulus Legati Ducis Dalmatarum ad Imperatorem Carolum cum multis muneribus veniunt.

ADDITIO.

Interea Nauarrei deficientes ab Imperatore Carolo-magno partes Sarra-

ſenorum ſecuntur ſed remittuntur ſub obedientia à Francis anno ſequenti, vt ſcribit Eginardus author Annalium, & poſt eum Aimoinus, quod R. P. Iacobus du Breüil in Summario capitis Aimoini male accepit pro conuerſione Nauarreorum ad fidem Chriſtianam, nam Nauarrei eam fidem numquam reliquerãt,& author vitæ Caroli-magni poterat eum ſufficienter docuiſſe hanc phraſim, dicens Nauarreos ſe fidei Imperatoris remiſiſſe.

A. C. 805

TEXTVS.

Imperator Conuentum habet cum primoribus, & optimatibus Francorum in villa Theodonis,& ibi condit teſtamentum tripartitum, relinquens tribus filiis Carolo, Ludouico,& Pipino regnum ſuum, quod fecit confirmari à Francis, & ſuſcribi propria manu Leonis Papæ. 806

Ademarus Genuæ Comes à Mauris in Corſica interficitur. Sed Buccardus Comes ſtabuli contra eos miſſus ab Imperatore Carolo, ipſos vincit. 807

Imperator Carolum filium ad- 809

A. C. 809

uersus Gotefridũ Danorum Regem mittit, & eum ad pacem petendam per Legatos, cogit.

Hoc anno solis eclypsis contigit, in quo apparuit macula nigra paruula, & paulo post nocte acies magnæ inter se dimicantes.

ADDITIO.

Pax rumpitur inter Francos & Græcos, & pugnatur vario Marte à Pipino ad Comadum Insulam, & cum Veneti Græcis fauere viderentur, decretum est in eos bellum, iubente Carolo Imperatore.

TEXTVS.

Trasco Dux Abodritorum à Carolo-magno poscit auxilium contra filium suum.

Synodus ab Imperatoro conuocatur Aquisgrani, vt de spiritu sancto procedente à filio disputaretur.

NOTÆ.

Non quidem an procederet à filio, sed an in symbolo dum canitur, addi oporteret particula (filioque) *cum antea esset in vsu symbolum Nicenum.*

TEXTVS. A. C.

Veruerius Epiſcopus Coloniæ, Aſius Epiſcopus Vormatiæ, & Alarchus Abbas Monaſterij Corbienſis Romam ab Imperatore miſſi ad Leonem Papam de hoc. Reſpōdit Pontifex credi quidem hanc proceſſionem, non eſſe vero cur adderetur ſymbolo, cum non omnia, quæ creduntur, cantentur. Tamen poſt aliquos annos addita fuit hæc particula *filioque*. 809

Traſco Dux Abodritorum inſidijs Gotefridi per dolum occiditur. 810

Gotefridus Danorum Rex dum ſe iactat bello velle cum Imperatore congredi, à ſatellite ſuo interficitur.

Pipinus Italiæ Rex victoriam nauali prælio reportat contra Venetos, & eorum vrbem recipit.

NOTÆ.

Hoc aſſerunt Ædo, Sigebertus, Regina, Eginardus, vetus Francorum Chronicon ex Pythæo, & Baronius.

A. C. *Sed Sabellicus vult à Venetis stetisse*
810 *victoriam. Quicquid sit hoc tempore facies Venetæ urbis immuta est. Nam 60. Insulæ Riuoalto proximæ, iunctæ amplissimam urbem effecerunt, ubi & sedes Ducum esset, & publicum concilium deinceps haberetur.*

TEXTVS.

Pipinus paulo post Rauennæ obijt, filio Bernardo relicto, qui postea Rex Italiæ erit.

Caroli Imperatoris cum Nicephoro Imperatore Græco, & cum Rege Hispaniorum Ambulaz fœdus initur.

ADDITIO.

811 Nicephorus ille in expeditione contra Bulgaros ab ipsis obtruncatur, & gener eius Michael Rangabes imperium adipiscitur, qui pacem cum Carolo-magno confirmat.

TEXTVS.

Emingus filius fratris Gotefridi Regis Danorum, auunculo mortuo, Rex à Danis statuitur & pacem cum Imperatore nostro facit. Sed paulo post moritur, & habet

fratres Eroldum, & Ramphredum successores in regno cum totius populi consensu. A. C.

ADDITIO.

Narrant Hispanici Historici Rodericus, & Alphonsus, accedente ad eos Paulo Emilio, hoc anno Carolum Imperatorem hortatu Alphonsi Regis suscepisse expeditionem in Mauros Hispaniæ, & in reditu ingentem Cladem passum esse extremo Francorum agmini illatam, ad locum, qui Roncouallis vocitatur, vbi Rolandus Britanici littoris præfectus occubuisse dicitur, sed nec ætas Caroli, nec Francorum Historici, Ado, Regino, Aymoin. Eginhardus, & alij hoc recipiunt, & Mariana * liberum lectori iudicium de expeditione ista relinquit. 812

* Lib. 7. c. 11.

TEXTVS.

Interim vita cessit in Bauaria Princeps Carolus natu maximus Imperatoris, solo iam Ludouico superstite.

Dux Beneuenti Grimaldus pacem cum Imperatore confirmat, & tributum viginti quinque millia solidorum auri soluit.

A. C.

ADDITIO.

812 Carolus Imperator Bernardum nepotem creat Regem Italiæ & dat ei Vallium moderatorem prudentem.

TEXTVS.

Michael Imperator Orientis victus à Bulgaris, & à legionibus contemptui habitus, Imperio se abdicat electâ vitâ monastica; Imperat Leo 5. dictus Armenus, qui Pardi Patricij erat filius.

813 Carolus Imperator in generali Conuentu Aquisgrani habito, filio suo Ludouico Regi Aquitaniæ coronam imponit, & Imperialis nominis sibi cõsortem facit.

Concilia, iussu Caroli Imperatoris, per totam Galliam congregantur ad statum Ecclesiasticum corrigendum, quorum vnum Moguntiaci, alterum Rhemis, tertium Turonis, quartum Cabilone, quintum Arelati congreatum est, & constitutiones, quæ in singulis factæ sunt, Imperatori offeruntur.

NOTÆ.

A. C. 813.

In eo Concilio Moguntino in Claustro Basilicæ S. Albani in tres turmas diuisi erant, qui ad illud conuenerant. In prima sedebāt Episcopi, in secunda consederunt Abbates ac probati monachi regulam S. Benedicti legentes, atque tractantes diligenter qualiter monachorum vitam in meliorem statum atque augmentum cum Dei gratia perducere potuissent. In tertia denique turma sederunt Comites, & iudices. In 9. Canone, Abbates cum monachis promiserunt viuere secundum doctrinam regulæ S. Benedicti.

ADDITIO.

Electionem Episcoporum vsurpatam à prædecessoribus, pristinæ restituit libertati Imperator Carolus, lata lege.

NOTÆ.

Illam Sigonius, & Cardinalis Baronius memorant.

TEXTVS.

Carolus Aquisgrani moritur anno Domini 814. ætatis suæ 71.

814. 28. Iāu.

A. C. regni autem 47. Imperij vero 14.
814 sepultus fuit ibidem in Basilica Dei genitricis, quam ipse construxerat. Plauxerunt eum per vniuersum orbem omnes gentes Pagani etiam & Sarraceni, quasi Patrem vniuersæ terræ.

Primus Rex Christianissimus nuncupatus est. Vocabatur etiam clementissimus, benignissimus, gloriosissimus, & pijssimus.

NOTÆ.

Fuit primus Imperator Occidentis ab Augustulo. Erat Princeps doctissimus, amator tenerrimus literarum & literatorum. Habebat lectionem in mensa, colebat sobrietatem, secreto cilicum gestabat, nudis pedibus incedebat in processionibus, assistebat frequenter matutinis horis. Aggressus est 4. perigrinationes Romam. Nullam vero Hierosolimam, quidquid referant in contrarium minus graues authores. Fuit quidem canonisatus à Pascali Antipapa, sed postea canonisationem eius confirmarunt veri Papæ, vnde

celebratur eius festum in multis locis. Vide vitam eiusdem Imperatoris à monacho S. Eparchij Engolismensis scriptam & in lucem editam à Petro Pithæo. Modernus scriptor vocat illum monachum Ademarum Cabannensem, sed licet alias sit infatigabilis antiquitatum indagator, hallucinatus est, si vera sit Cœnobij Eparchiani vetus traditio, quæ nobis dat illum pro Præsbitero domestico ipsius Imperatoris Caroli-magni, præsertim cum constet Ademarum Cabannensem Chronicon suum deduxisse vsque ad annum 1028.

A. C. 814

Forte causam erroris tanto scriptori dedit Aimoinus, qui sub finem lib. 4. de gestis Francorum, asserit quæ scripsit vsque ad tempora Imperij Francorum Adhemari nobilissimi monachi, & deuotissimi relatione addidiscisse, qui ei coæuus & connutritus erat. Forsan vocabatur iste domesticus Carlomagni Ademarus, sed non erat Chronici nostri author.

A. C. *TEXTVS.*

814 Succeſſit Imperio Ludouicus cognomento Pius, qui ſtatim Lothario filio ſuo natu maximo Bauariam, & Pipino 2. filio Aquitaniam regendam dedit.

ADDITIO.

Paulo ante manna de cœlo in Aginenſi agro pluerat, vt ſcribit Aimoinus.

TEXTVS.

815 Ludouicus Imperator in generali Conuentu Aquis habito, per omnes Imperij ſui partes Legatos, & Iudices miſit, qui iuſtitiam vnicuique redderent, & ab oppreſſionibus populum liberarent.

816 Romani Principes in Leonem Papam conſpirant, & detecti iuſſu eius trucidantur paulo poſt moritur, eique ſubrogatur Stephanus 5. dictus 4. qui ante duos menſes conſecrationis ſuæ ad Imperatorem contendens, ab ipſo Rhemis ei occurente cum magno honore ſuſcipitur.

ADDITIO. A. C.

Ludouicus Imperator Synodo Aquis habita regulam ex diuersis patrum scripturis excerptam Canonicis obseruari iubet, vt sicut monachi respiciunt ad librum regulæ S. Benedicti, ita Canonici perlegant inter se libr. Clericorũ. 816

Amalarius Fortunatus tunc Diaconus, & postea Episcopus Treuirensis scripsit quatuor libros de Ecclesiasticis Officijs, ac de varietate eorum, nec non librum de ordine psalmorum, & Antiphonarij iuxta vsum antiquum Clericorum, in quo se missum fuisse testatur à Ludouico Imperatore ad Greg. 4. põtificem.

Idem etiam librum vitæ Clericorum ex diuersis Doctorum sententijs collegit, & omnia hæc Imperatori dedicauit, paulo ante Concilium prædictum.

TEXTVS.

Vita cessit papa Stephanus, & in eius locum Pascalis eligitur è 817

A. C. 817

Monasterio S. Stephani eductus, in cuius gratiam Ludouicus pius confirmat quæcumque à prædecessoribus donata, vel restituta fuerant.

Abderraman filius Ambullaz Regis Sarracenorum Legatos ad Ludouicum Imperatorem mittit pro pace impetranda.

Ludouicus Imperator dum Aquis Officio diuino peracto ab Ecclesia egreditur à porticu cum suo tabulato cadente, læditur, & 20. homines de suis occiduntur.

Paulo post idem Imperator Synodum Aquis congregat, vbi Abbates omnes sui regni conuocat, vt regulam sancti Benedicti obseruent, sicut iam faciebant seculares Ecclesiastici librum Clericorum, quem eis ipse in præcedenti Synodo dederat.

NOTÆ.

Audi de vtraque quid Aimoinus noster referat. * Imperator Generalem habuit Conuentum Aquis-

* Lib. 5. de gest. Franc. c. 9.

grani. Congregatis enim Episcopis, nobilissimoque sanctæ Ecclesiæ Clero fecit componi librum Canonicæ vitæ normam gestantem, in quo totius illius ordinis perfectio continetur, sicut recultus ipse fatetur, in quo etiam inseri iussit cibi, potusque, atque omnium necessariorũ summam, vt omnes tam viri, quam Sanctimoniales sub hoc ordine Christo seruiẽtes nullis præpediti necessitatibus libera seruitute, Domino omnium militare meminissent. Quem librum per omnes ciuitates, & Monasteria Canonici ordinis sui misit Imperij, per manus missorum prudentium, qui illum in omnibus supradictis facerent transcribi locis, debitaque atque conscripta exigerent stipendia ministrari. Quæ res magnum Ecclesiæ contribuit exultationis tripudium.

A. C. 817.

Itidemque idem Imperator Benedictum Abbatem & cum eo

A. C. 817

strenuæ monachos per omnia vitæ, qui per omnia monachorum euntes, redeuntesque Monasteria, vniformem cunctis traderent Monasterijs tam viris, quam sanctimonialibus fœminis, viuendi secundum regulam S. Benedicti incommutabilem morem. *Sic ille.*

Capitula Synodi pro Monachis (*ait Leo* * *Ostiensis in Chronico Monasterij Caßinensis*) *sunt 62. sed ad marginem adiecit Breülius*, nunc sunt 80. at forsan quædam in plura diuisa. *Tribuntur ista Ludouico* (*inquit Baronius*) *forte quia interfuit, & horum scribendorum author & promulgator extitit, attamen non ab ipso constituta fuisse, sed ab ipsis Abbatibus vnà simul consideratibus, ipsius Synodi inscriptio manifestat. Præcipui autem ex eis erant Benedictus Indensis Monasterij Abbas, & Arnulphus.*

* Episcopus.

Pithæus primus edidit capitula illa, siue Canones addit 1. ad capitularia Regni Ansegisi. Inde representauit ad finem Tom. 3. Cronographus Bene-

dictinus Antonius Ypez, qui & notis illustrauit. Seuerinus Binius postea inseuit Conciliorum Tomis, vti & Sirmundus Tom. 2. Concil. Gall. & Ascanius Tamburinus Tom. 1. de iure Abbatum editionis Romanæ.

A. C. 817.

Verum quanto tempore viguerit horum obseruantia, non adeo promptum est affirmare. Illud constat authores constitutionum nostrarum, apud nos Fulienses Ordinis Cisterciensis, ad illos Canones non raro respexisse, & quæ ab eis præscripta, velut perpetuo vsu ac traditione in hodiernum vsque diem in nostris locis religiosè obseruari.

TEXTVS.

Omnes Abbatias Imperator in sua manu reuocauit, vt nullus Episcoporum, vel Comitum de ijs deinceps disponeret.

818

Bernardus Italiæ Rex Ludouico Imperatori rebellis armis depositis seipsum dedit, & delictorum veniam petit. Verum Imperator detecta fraude, dum Bernardum apprehendi iubet, vt

A. C. 818

oculi ei eruerẽtur, ipse Bernardus stricto glodio se defẽdens, quinq; validissimos Francos occidit, & tandẽ vulnerib⁹ cõfossus interijt.

NOTÆ.

Alij referunt tantum, quod rebellans oculorum vsu priuatus sit, & quod mox perierit ex vulnere. Eius epitaphum habet Sigonius. Rebellauerat quia se credebat verum hæredem Caroli magni aui sui, vt filius Pipini, qui ætate Patruum suum Ludouicum anteibat. Hunc tamen ex concubina natum aliqui narrant.

TEXTVS.

† Cognomento Bilius.

Anselmus † Mediolanensis, Vulfaldus Cremonensis, & Theodulphus Aurelianensis Episcopi rebellionis cum Bernardo, & alijs aduersus Imperatorem socij, Synodali decreto deponuntur, & Monasterijs includuntur reliqui aut oculis priuantur, aut capitalem sententiam subeunt. Inter illos rebelles præcipuus erat Egidius primus inter Imperatoris,

amicos, Raynardus camerarius eius, & Reinerius filius Mainerij Comitis. A. C. 818

Paulo ante idem Imperator coronauerat, & socium Imperij constituerat filium suum primogenitum Lotharium dans Ludouico 2. Bauariam.

Scalomir, vel Sclaomir, successor Trasconis Regis Obodritorum † contra Ludouicum Imper. rebellat.

† Vel Abodritorum.

Britannia, quæ rebellauerat, iterum tota subiugatur, & Imperatori paret.

Emengardis vxor Imperatoris Andegaui moritur, ibique sepelitur. 819

Paulo post Imperator Vuelpi, vel Huelpi, Comitis in Bauaria filiam nomine Iuditham vxorem ducit.

Scalomir Obroditorum Rex captus à militibus Imperatoris, dũ criminibus sibi obiectis nihil respondet, exilio damnatur, re-

A. C. 819 gnumque eius datur Leadrogo Trasconis filio.

Lupus Vuasco à Berengario, & Vuarino Aruernis Comitibus ante Imperatorem accusatus, cũ causam suam defendere non posset, exilio quoque damnatur.

Conuentus Aquisgrani post natalem Domini ab Imperatore habetur, in quo multa adhuc de statu Ecclesiarum & Monasteriorum sunt ordinata. Legibus etiam capitula quædam pernecessaria, quę deerant, conscripta, & addita sunt.

Rabanus Maurus natione Germanus Abbas Fuldensis librum de Theologia sanctæ Crucis Imperatori porrigit.

NOTÆ.

Bellarminus scripsit in libro de scriptoribus Ecclesiasticis ad annum 835. *quod ille scripserit in Floro ætatis suæ, opus admirandum soluta, & ligata oratione de laudibus S. Crucis ad Gregorium* 4. *Papam anno Domini* 843. *Aliud opus est ab illo exaratum*

quod Imperatori Ludouico dedicauit hoc anno. A. C. 819

TEXTVS.

Eodem tempore florebant Vsuardus, Smaragdus Abbas Monasterij S. Michaelis ad Mosam, Herricus, Remegius, Bulchaldus Caluus, & Elias Scotigena Engolismensis Episcopus.

NOTÆ.

Puto hunc successisse in illo Episcopatu successori S. Saluij Martyris, de quo supra, sed quis fuerit ille successor, nescitur.

TEXTVS.

820 Bera Comes Barcinonis singulari certamine cũ accusatore suo ante Imperatorem confligens, vincitur.

Pipinus filius Ludouici Imperatoris in Vasconiam missus, sublatis inde seditiosis totam ita pacauit, vt nullus in ea rebellis remanserit. Ierat illuc cum vxore sua filia Comitis Matricensis.

Paulo post Sarraceni in illam

A. C. 820

irruerunt prouinciam, ſed mox eos Imperator debellauit.

Hoc anno propter iuges pluuias & aërem nimio humore ſolutum peſtis perualida graſſatur in homines & iumẽta, & frumẽta, & legumina corrumpuntur, & collecta putreſiunt.

821 Bera Dalmatiæ Rex + moritur & in eius locum Ladaſclauus nepos ipſius ab Imperatore conſtituitur.

+ Aliis Dux.

822 Conuentus Generalis apud Theodonis Villam ab Imperatore Ludouico habetur, in quo Lotharius primogenitus eius Hermengardem filiam Hugonis Comitis vxorem ducit.

ADDITIO.

Poſtea mittitur à Patre in Italiam coronandus à Papa.

TEXTVS.

823 Hiems per vniuerſam Germaniam, & Galliam tam aſpera fuit, vt per menſem integrum plauſtra & curr⁹ ſuper flumina veherẽtur.

ADDITIO

ADDITIO. A. C. 823

Romæ quidam nobilium perimuntur, & crimen in Paschalem Papam reijcitur apud Imperatorem, qui missis ad hoc explorandum Legatis cæsos meruisse cædi & Papam esse insontem discit.

Aliis 833.

TEXTVS.

Dominus Imperator Ludouicus Compendij consilio Episcoporum, & Optimatum suorum, iterum cum fratribus suis reconciliatus est, quod inuitos tondi iusserat, & Monachos fieri, & de his, & alijs, quæ erga nepotem suum Bernardum, & Adelardum Abbatem Corbiensem Patruelem sunt gesta, publicam confessionem fecit, & pœnitentiam egit, nec non quidquid Pater eius Carolus-magnus contra aliquos perpetrauerat, cum summa deuotione emendauit.

NOTÆ.

Cum fratribus suis, &c. *Per hos fratres intelliguntur fratres nothi Drogo, Hugo, & Theodericus; fratres*

H

A. C. *enim legitimi omnes functi erant vita, dum adhuc viueret Carolus-magnus.**

823

† Theganus hic erat Corepiscop⁹ Treuirensis.

Quod inuitos tondi, &c. *Hoc summæ ignominæ imputabatur. Cæsariem enim solis Regiæ stirpis iuuenibus alere fas erat.*

Et Adelardum, &c. *Hic erat filius Bernardi fratris Pipini, frater Theodradæ S. Mariæ Suessionis Abbatissæ, & pro sancto datur in fastis Ecclesiasticis sub nomine Abbatis Corbeyæ ad dexteram ripam Somonæ (Somme.) Huius hortatu Imperator illam pœnitentiam egit, & alteram Corbeyam in Saxonia ædificauit.*

TEXTVS.

Milegastus, & Celeadragus fratres inter se de regno contendentes coram Imperatore, concordantur, & ab ipso muneribus donati in patriam remittuntur.

Pascalis excessit è vita, & subrogatur ei Eugenius 2. qui erat Cardinalis.

824 Drogo Mauringi Comitis frater maternus Canonicus, Metis

cum electione ciuium Episcopus A. C. ordinatur. 824

NOTÆ.

Erat antea Monachus Lexouiensis. Hunc habuerat Carolus magnus ex concubina, non re, sed nomine Regina. Fuit autem electus in Episcopum Metensem tanto consensu Cleri & populi, vt omnes id velle, nullus nolle reperiretur, ob ipsius bonos mores, sicut asserit author vitæ Ludouici Pij apud Pithoeum.

TEXTVS.

Vuinigisus Dux Spoletanus iam senex habitu, sæculari deposito, monachus factus est, & post modicum infirmitate tactus obijt. In eius locũ subrogatus est Suppo Comes Brixiæ ciuitatis. 825

Ebbo vel * Abbo Ludouici Pij quondam Collactaneus, Archiepiscopus Rhemensis authoritate Papæ, & Imperatoris ad prædicandum ad Danos missus, in suam sedem absque fructu regeditur.

* Aliis Hebbo.

A. C. 825 Aquiſgrani terræmotus magnus, & in villa Commerciaco Diœceſis Tullenſis puella annorum 12. ſumpta Euchariſtia in Paſcha de manu Preſbiteri ab omni potu & cibo per triennum abſtinuit, ſana ſicut aliæ mulieres, & deinceps cepit communem cibum, & potum deſirare, & ſumere.

In Saxonia 23. villæ igne cœleſti crematæ ſunt cum hominibus, & Iumẽtis, & fulgura ſereno cœlo per diem ceciderunt.

Grando deuaſtat fruges, quia cum grandine cadebant lapides magni, cum igne qui exurebat arbores, imo ipſos homines & iumenta, vnde periere immunerabiles perſonæ, & beſtiæ.

826 Imperator Ludouicus cum tribus exercitibus per ſeipſum, & per Pipinum & Ludouicum filios conductis, Britaniam, quæ rebellauerat, intrat & eam igni, ferroque vaſtat.

Fortunatus Venetiæ Patriarcha multis criminibus accusatus ad Ludouicum Imp. missus, vt super sibi obiecta se deffenderet, ab Imperatore Romam mittitur, vt iudicaretur à Papa.

A. C. 826

NOTÆ.

Sic se egit, quod æstimaret Ecclesiasticos à Laïcis non esse iudicandos. Cæterùm ille Fortunatus non inuenitur in catalogo Episcoporum Venetorum, adde quod tunc temporis non poterat esse Patriacha, cum primus fuerit huius tituli B. Laurentius Iustinianus anno 1451. Forte ille Fortunatus vocatur Veneticorum Patriarcha, quod reuera esset Patriarcha Gradensis, seu Gradus Insulæ, quæ pertinebat ad Venetos, ex qua Venetias Patriarchatus ille fuit translatus anno 1451. à Nicolao 5. Papa.

TEXTVS.

Eblus, & Asinarius Comites ab Imperatore cum Vasconum exercitu Pampiloniam missi, dum peracto fœliciter negotio reuer-

A. C. 826

tuntur, in iugo Pyrenei montis insidijs perfidorum Montanorum circunuenti capiuntur, & totus exercitus occiditur.

NOTÆ.

Capiuntur, &c. *à Sarrasenis. Eblus missus fuit in triumpho Regi Cordubæ, & Asinarius in patriam suam, quia Nauarreorum consanguineus erat. Inde mille fabulæ ab Hispanis inuentæ, quas derisui habent Mariana, & Sandoualius, quamuis ipsi Hispani sint.*

TEXTUS.

Romani populi status peruersitate quorumdam Præsulum deprauatus, ab Imperatore corrigitur, de consensu Eugenij Papæ.

Media æstate in territorio Augustodunensi magna fragmenta glaciei de cœlo ceciderunt longitudine 15. pedum, latitudine 7. & crassitudine 2.

Acies in cœlo, & nocturni in aëre corruscationis discursus conspiciuntur.

A. C. 826

Vuiomachus perfidus, qui totam Britanniam contra Imperatorem commouerat à Lamberto Comite circumuentus in domo propria interimitur.

Eroldus Danorum Rex cum vxore ſua, & magna Danorum multitudine ad Imperatorem Mognutiam veniens baptizatur.

82[illegible]

Obijt Eugenius Papa, & Valentinus Diaconus Pontifex ordinatur, verum ipſo poſt 30. dies defuncto, Gregorius 4. Præſbiter Cardinalis eligitur, non prius tamen conſecratur, quam Legatus Imperatoris Romam veniens, electionem populi examinaſſet, an legitimè facta fuiſſet.

828

Conuentus Aquiſgrani habetur, inquo præcipuè tractatum eſt de limitibus Hiſpaniæ, & Duces qui cum Pipino Aquitaniæ Rege contra Abumaram Sarracenorum Regem negligenter pugnauerant, bonorum amiſſione mulctati ſunt.

A. C. 828

Bonifacius Comes aſſumptis ſecum militibus multis in nauibus Affricam petijt, & inter Vticam & Carthaginem egreſſus ingentem Maurorũ multitudinem prælio vicit, & quinquies fugauit.

* Agen.

In pago Aginenſi * Annona ſimilis frumento de cœlo pluit grana rotunda, & breuiora habens, de qua delatum eſt Imperatori ad Aquis palatium.

Quatuor diebus ante Paſcha Aquiſgrani terræmotus tam magnus factus eſt, vt multæ domus ſubuerſæ fuerint, & Baſilica Dei genitricis coopertura, quæ plumbea erat, nudata apparuerit.

Generalis conuentus Vormatiæ habetur, in quo tractatum eſt de bello inferendo Normannis, qui rebellauerant.

829

Lotharius in Italiam amandatur à patre, & Bernardus Gomes Barcinonæ ex Hiſpania vocatus fit Cubili * præfectus, id eſt Camerarius in palatio Imperatoris.

* Chãbellan.

NOTÆ.

A. C. 829

Habet hic annus initia conſpirationis in Ludouicum Imperatorem, cui non paruam anſam dederunt Duces, qui ab hoc reducti fuerant in ordinem, quod ſocorditer aduerſus Mauros egiſſent, nec non ſtudia, licentiaque Iuditha Reginæ in illum Bernardum, & aliquot Epiſcopi non ſatis prudenter accepti.

TEXTVS.

830 Alij melius ſcribũt 835.

Hiero Inſula à Normannis incenditur & tota vaſtatur cum Monaſterio S. Philiberti, quod in ea Carolus-magnus ædificauerat, & multis bonis ditauerat.

NOTÆ.

Hæc Inſula eſt in Pago Pictauienſi, & vocatur aliter (Noirmonſtier) propter nigros Benedictinos illam incolentes. Hinc monachi extraxerunt corpus S. Philiberti, & detulerunt in Monaſterium Tornuſij, quod eſt oppidum in dextera Araris, + inter Matiſconem, & Cabilonem, cuius Diœceſeos eſt.

+ Hic fluuius vocatur etiam Sagona

A. C.

TEXTVS.

830 Oda Aurelianorum Comes cum Lamberto Nannetensi Comite congressus, ab ipso occiditur.

ADDITIO.

831 Pipinus ex Aquitania ducit exercitum contra Patrem, sed ope Germanorum Pater depulit nunc hāc procellam, datâ conspirantibus veniâ.

Paulo post idem Pipinus iterum turbat pacem, sed capitur, & mancipatur custodiæ Treuiris.

832 Euasit ex hac custodia, & pergit in Aquitaniam, vbi omnia pessumdat.

833 Conspirantibus iterum filijs, simulque Episcopis, Ludouicus cogitur Imperio se abdicare, & suasu Episcoporum malesano, recluditur in Monasterio S. Medardi Suessionis.

Recluditur etiam, & velatur Iudich Regina in Lombardia, fratres ipsius Conradus, & Rudolphus tondentur & in Aquitaniam committuntur Pipino. Denique frater Bernardi Cubili præfecti oculis priuatur & in Italiam amādatur, dum ipsemet Bernardus è manibus coniuratorum lapsus se in Septimaniam recipit.

Paulo post Lotharius commendat Prumiæ Carolum fratrum, admodum pue-

rum, non tamen attonſum. A. C. 833

Calumnia fuit Gregorium Papam filijs fauiſſe. Venit ille in Galliam, vt pacem componeret. Re infecta mœrens diſceſſit, & Romæ decretum Epiſcoporum de abrogando Patre reſcidit. Vnde poſtea multa paſſus eſt à Lothario, vt ait author appendicis ad Aimoinum, Sigonius, & Baronius.

TEXTVS.

834

Franci, Aquitani, Burgundi, & Germani proceres rei indignitate permoti, ſumptis armis Ludouicum libertati, & Imperio reſtituunt. Ille filios Ludouicum & Pipinum venia donat. Lotharius publicam hanc lætitiam turbat clade Cabilonenſium, ſed tandem ipſe à Patre recipitur in gratiam.

NOTÆ.

Reſtituunt, &c. *De conſenſu tamen Ludouici, & Pipini filiorum, quem Gumbaldus monachus S. Medardi ab eis ſua eloquentia, & induſtria tamquam pacis Angelus elicuerat.*

A. C. Clade Cabilonensium, &c. *Lothariꝰ Cabilone expoliauit Ecclesias,*
834 *& fideles patris sui vexauit, imo, quod omnem crudelitatem superat, sanctimonialem fœminam, quæ erat soror Comitis Bernardi nomine Gerbirch,*
† Theganus. *iußit in † vase vinatico claudere, & proijcere in flumen Ararim, de quo Poëta canit;*

Aut Ararim parthus bibat, aut Germania Tigrim.

Ibique diu eam affligens, tandem in aqua inhumanitater extinxit.

TEXTVS.

835 In Theodonis villa (*Thionuille*) habito Episcoporum, & aliorum conuentu, duo Episcopi, à quibus damnatus fuerat Imperator, dignitate nudantur. Plures in Italiam aufugerunt.

ADDITIO.

836 Hoc anno Azinarius citerioris Vasconiæ Comes, qui ante aliquot annos à Pipino desciuerat, horribili morte interijt, fraterque illius Sanctius sanctij eamdem regionem, negante Pi-

pino, occupauit. Sic Chronicon M. S. sancti Arnulphi Metensis.

A. C. 838

TEXTVS.

Pipinus Rex Aquitaniæ moritur, & sepelitur Pictauis apud S. Radegundem, * hic iussu patris Monasterium S. Ioannis Baptistæ Angeriaco ædificari fecit, nec non Monasterium S. Cypriani Pictauis, & Monasteriū Bratolmense: Deinde transtulit Canonicalem habitum in monasticum apud S. Eparchium Engolismæ, quibus Monasterijs præfecit Abbatem Martinum.

* Falsum nā sepultus est in Ecclesia S. Crucis.

NOTÆ.

Fallitur procul dubio Chronici nostri author quoad Monasterium Angeliaco, vel Angeriaco, ad fluuium Boutonne *situm, nam conditum fuit à Pipino Abauo illius Pipini anno* 761.

Fallitur etiam quoad Monasterium S. Cypriani, quia fuit tantum constructum anno 928. *Erat vero hic S. Cyprianus S. Sauini frater.*

A. C. 838 — *Fallitur quoque quoad Monasterium Brantolmei:* * *condidit enim id Carolus magnus 769. ad Dronam fluuium.*

* Brantolme.

Fallitur denique quoad illum Martinum, quod facit Abbatem omnium illorum Monasteriorum, cum tantum primus fuerit Abbas S. Cypriani 932.

Certe in suis narrationibus nimis incuriosum se exhibuit.

ADDITIO.

Reliquit Pipinus filium sui nominis, & Carolum, de quibus Chronicon Pithei, & alij nihil ferè dicunt. Eorum Pater putabatur *Manzer.*

839 — Ludouicus Imperator Ludouicum Bauariæ Regem inuadentem Germaniam vltra Rhenum, compescit armis, & Iuniorem Pipinum ad Aquitaniæ regnum aspirantem repellit.

TEXTVS.

840 — Eclypsis solis apparet, & Ludouicus Imperator vita cedit, sepeliturque Metis apud sanctum Arnulphum. Remanserunt tres filij eius, Lotharius Imperator,

Ludouicus Rex Germaniæ, & Carolus Caluus Rex Franciæ, & Burgundiæ. A. C. 840

ADDITIO.

Interea Geraldus de Ronsilione tantopere decantatus, cum vxore sua Bertha fundat in Diœcesi Lingonensi Monasterium Pulteriarum, nec non in Diœcesi Æduensi Monasterium Vezeliacum, vel Videliacum *Vezelay*, incolis *Vedelet*. Ille Ducis Burgundiæ titulum sibi arrogabat, idcirco Carolus Caluus bello persecutus est eum, vt ab eo titulũ, & Ducatum auferret. Fuit alter Gerardus de Ronsilione, quem Carolus Martellus in Burgundia Ducis nomine regnaturum restituit, quia stirpe vetusta Regum Burgundionum se oriundum asseuerabat. 841

Strabus Monachus Fuldensis Rabbani discipulus contexere incipit in scripturas vtriusque testamenti, glossam ordinariam, quæ postea aucta, & ornata à posterioribus fuit.

TEXTVS.

Ludouici Imperatoris filij inter se de regni iure, ac finibus discordantes bellum committunt in Fontaneto, quod est in Burgundia, 842

A. C. 842. Lotharius Imperator ex vna parte, Ludouicus, & Carolus ex altera cum Francis, & Aquitanis. Et primum Lotharius victor fuit, sed subito Dux Vuarinus cum Tolosanis, & Prouencialibus superueniens bellum restaurauit, & fugatus est Lotharius, & Ludouicus & Carolus inter se regnum partiti sunt.

NOTÆ.

Sigebertus refert pugnatum esse ad Pagum Antisiodorensem, & hoc cruento certamine attenuatas plurimum regni vires.

ADDITIO.

843. Recrudescit bellum inter fratres, sed pulso Lothario, statuitur dies rebus ex arbitrio prudentum componendis.

Quadraginta proceres vtrimque delecti Verduni 26. Martij ita componunt fratrum discordiam. Carolus Caluus Rex Franciæ dictus est Ludouico cessit Germania tota vltra Rhenum. Lothario reliquæ opes Imperij in Italia, Burgundia & Austrasia & quia hîc hæsit, à se nomen fecit Lotharingiæ.

TEXTVS. A. C. 843.

Corona Imperatoria inſignitur Lotharius à Paga Sergio Romæ.

Pipinus iunior Caroli Calui nepos, profligato Patrui exercitu, Aquitaniam retinuit, præter Pictauos, Santones, & Ecoliſmenſes, quos Carolus excepit, & quibus conſtituit Comites, præſertim in Engoliſmenſi Turpionem militem ſtrenuiſſimum.

NOTÆ.

844

Profligato Caroli exercitu, &c. *Tunc ceciderunt ex parte Caroli, Hugo Abbas eiuſdem Caroli Patruus, nec non Rabban ſignifer, & Ribato Abbas, cum multis alijs ex nobilioribus.*

Paulo ante Carolus Bernardum Barcellonenſem Ducem incautum ex nihil mali ſuſpicantem occiderat. Hæc Annales Pithœani, & Fuldenſes Ficheri.

TEXTVS.

Iudich Imperatrix mater Caroli Calui Turonis orationis cauſa veniens diem claudit extremum,

A. C. & apud S. Martinum ſepelitur.

844 Raynoldus Arbaliticenſis Comes cũ Lamberto Nannetis Comites congreſſus, occiditur.

845 Carolus Caluus Britanniam rebellem igni, ferroque vaſtat.

Bernardus Comes Pictauienſis, & Arueus filius Raynoldi congreſſi cum Lamberto Nannetis Comite ab ipſo interficiuntur. Poſt Bernardum Comes fuit Ranulphus, qui & poſtea Dux, de quo infra.

846 Seguinus Comes Burdegalenſis, & Xantonenſis à Normannis captus occiditur, & Xantonas cremata eſt.

Normanni per Prouincias Galliæ diffuſi cõcremant Burdigalam caput regionis Nouempopulanæ, Lemouicas, Engoliſmam, Turonem, Bellouacum, Pariſius, Nouiomagũ, Aureliam, & innumera Monaſteria, & caſtella deſtruunt, Ducibus vrbium inter ſe diſſidentibus.

NOTÆ. A. C.

Ab hoc anno vsque ad plures alios, vnus Episcopus possidebat ferè omnes Episcopatus Vasconiæ, exempli gratia Lescariensem, Aquensem, Adurensem, Boionensem, Vazatensem, Oloronensem, &c. Idcirco se Episcopum Vasconiæ se nuncupabat ad verbis tot Episcopatum excludendam incompatibilitatem, quia pene omnes Episcopatus regionis Normanni pessum dederant, & redditus corum à potentioribus vsurpabantur. Ita censet doctissimus Dominus de Marca in sua Historia Bearnensi lib. 3. contra Dominum Besly qui sumpserat Gumbaldum Archipræsulem Burdegalensem pro alio Gumbaldo fratre Guillelmi Sancij Vasconiæ Ducis, seu Comitis qui titulum Episcopi Vasconiæ sibi vsurpabat. 846

TEXTVS.

Carolus Caluus iterum pergens in Britanniam omnia vestat Neomenio Duce regionis victo, & in fugam verso. 847

A. C. ADDITIO.

847 Hincmarus monachus S. Dionisij Parisiensis electus est in Præsulem Rhemensem, pro Abbone abdicato, & in magnum Cancelarium Caroli Calui.

Pipinus à suis desertus & in potestatem Patrui sui Caroli redactus consilio reuerendissimorum Pontificum & Procerum attonsus, & in habitu monastico ad Monasterium S. Medardi docendus, deductus est.

TEXTVS.

848 Aliis 854. Carolus Caluus Lemouicæ conuentum generalem habet, vbi vnctus est in Regem à Radulfo Bituricensi Archipræsule.

Interim Neomenius Dux Britaniæ Nannetes, & Redonas ciuitates euertit. Sed anno sequenti ab Angelo percussus ob sua sacrilegia, interijt.

849 Ainardus præfectus Monasterij S. Martialis Lemouicæ, deposito Canonicali habitu, monachus efficitur, similiter & omnes Canonici faciunt sponte, excepto Ioffredo Thesaurario, qui fieri monachus noluit.

NOTÆ.

A. C. 849

Author Commemorationis Abbatum S. Martialis addit quod isti noui monachi noluerunt in eodem loco Abbatem ex semetipsis sibi constituere, sed elegerunt Abbatem regularem, scilicet Abbatem S. Sauini Pictauensis, qui post tres annos habuit successorem Abbonem, qui præfuit annis II. *quorum quinto Cœnobium Bellocum à Radulpho Archipræsule Bituricensi fundatum est, & S. Geraldus Aureliacensis natus.*

TEXTVS.

Monachi S. Martini Turonensis, nemine cogente, ante corpus eius, abiecto monachali Schemate, Canonicalem habitum induunt, sed mox in eos pestis irruit tam atrox, vt omnes vna nocte morerentur, & de reliquo à Canonicis locus est habitatus.

NOTÆ.

Canonicalem habitum induunt, &c. *Qualis esset hic habitus, docet doctißimus Molanus ipse Canonicus &*

A. C. 849

de Canonicis * *scribens, nec non Laurentius* * *Laudimeter. Dicunt hunc habitum esse cappam, seu cucullam amplam, & longam cum caputio quam Canonici à Kalendis Nouembris gestant vsque ad Pascha, quo tempore eam relinquunt, & vestiuntur superpellicea linea candida cum Almutijs, vel Amutijs, quas Laurentius Benard à Gallico deriuat* Haut mussé *quasi esset* en Haut mussé, *quia olim superiorem colli partem contegeret, vel gestaretur in capite, & non super brachio, vt nunc gestari solet. Aliqui tamen scribunt, vt à capite est caputium, ita ab amiciendo Gallos nouam Almutij vocem confinxisse.* Sacerdotes, *inquit* † *Bayfsius*, qui Canonici dicuntur lacernis nigris ornantur, vt cucullati in ædis choro Dauidis versus alternis vltro citroque vocibus decantent. Tempore autem æstiuo vtuntur pelliceo, quod ab aminciendo (*opinor*) vulgo amutiam vocant. *Quidquid sit Canonici relinquentes habitum mo-*

* Lib. de Can. c. 11.

* Lib. 1. de ver. Cler. hab. p 3. c. 6.

* De re Vestiaria c. 16.

nachorum, tamen maiorem partem eius retinuerunt, ne forte à viuendi horum more prorsus alieni viderentur, quantum ad nigrum vestimenti genus, illud vestiuntur in signum pœnitentiæ, & seuerioris disciplinæ, & quantum ad pelliceum lineum candidum, gestant in signum lætitiæ ob diem resurrectionis I. C. qua Angeli in albis apparuerunt.

A. C. 849

ADDITIO.

Pipinus per fugam elapsus, duobus monachis S. Medardi consensientibus imo & ad id auxilium præbentibus, regreditur in Aquitaniam, vbi multo tempore latuit, sed tandem à Ranulpho per fidem deceptus est, & traditus Patruo Carolo, qui eum in Siluanectis castro munitissimo custodiæ mancipat.

Bouchellus *Iust. crimi. Fran tit. 23. c. 8.* refert circa hoc tempus Innocentium Episcopum Cenomanensem priuatum fuisse à Carolo Caluo Iurisdictione, qua potiebatur in Capitulo suæ Cathedralis, quia priuarat oculis duos Canonicos cōuictos adulterio. Sed errat proculdubio, nam ille Innocentius florebat tempore Greg. Turon. Debebat scribere Iosephum, pro Innocentio, & Carolum-

A. C. magnum pro Carolo Caluo. Errat etiam
849 dicens quod isti Canonici essent conuicti adulterio, Historia enim vera insontes eos testatur. Additque fuisse fustibus cæsos, nec non priuatos testibus, sicut & oculis ab illo maligno Episcopo, qui ob tantum facinus ad perpetuum carcerem à suo metropolitano, Rege annuente, damnatus fuit.

TEXTVS.

850 Carolus Caluus cum magno exercitu Britanniam ingressus cum Erispio, vel Erisporo, filio Neomenij Ducis, dimicauit, & victor extitit, amissa tamen in prælio maiori parte exercitus sui cum Viuiano Duce.

Lambertus Comes Nannetensium à Gausberto Cenomanensium Comite in bello occiditur.

851 Carolus Caluus rursus Britanniam cum maximis copijs ingrediens deuastat, eamque sibi subditam reddit, occiso crudelissimé à suis Erisporo Neomenij Ducis filio, cui victor facit succedere Salomonem

Salomonem † cum titulo Regis à se dependentis.

A. C. * Armorici hunc inter diuos numerant.

ADDITIO.

Carolus frater Pipini volens sibi vindicare Aquitaniam, capitur à Carolo Caluo Patruo & ad vitam monasticam pellitur, sed paulo post ad Archiepiscopatum Moguntinum eleuatur.

Interim tertia Synodus Moguntiæ habetur sub Rabano tunc hanc dignitatem tenente.

NOTÆ.

In ea Godescalcus † monachus * *hæreseos insimulatus, mittitur castigandus ad suum Archiepiscopum Hincmarum, qui statim congregauit concilium in Castello* Carizi *propè Rhemos contra eum, vbi de consensu Patrum fuit condemnatus ad disciplinam, ad ieiunium rigidum, & ad carcerem perpetuum, & eius doctrina de prædestinatione censura notata his verbis.* Sicut nullus est homo nec fuit, nec erit, cuius natura à Christo assumpta non fuerit, sic nullus est homo, nec fuit, nec erit, pro quo Christus passus non fuerit, licet

† Gordonus vocat eũ Scotum, & alij Presbiterorũ nõ Monachũ.

* In Orbaco Diœcesis Suessioni, *d'Orbe*.

A. C. non omnes redimantur. *Hoc Concilium tam nobilium stellarum excitauit horrendas turbationes in tota Gallia. Docti scripsere multos libros super hac materia, qui pro, qui contra. Episcopi congregati sunt in tribus diuersis locis Valentiæ, Lingoni, & Tulli, & quisque sustinuit partem, quæ magis illi arridebat. Tamen sanior & maior pars semper ab hoc tempore Godescalchum æstimauit hæreticum renouatem antiquam hæresim Prædestinatianorũ, & vt talis notatur fere ab omnibus Chronographis. Quidquid scribat contra Dublim anno 1631. Iacobus Vsser minister Irlandus in lib. 1. quem edidit sub titulo Historiæ Godescalchi, & querelæ Prædestinantianorũ, quam quidem Historiam multi, qui se profitẽtur Doctores Sorbonicos amplexi sunt, quia opinionibus nouis Cornelij Iansseny Episcopi Yprensis penitus fauet.*

851

852

TEXTVS.

853 Ranulphus Comes Pictauiensis, & Raino Comes Arbatilacensis

consanguineus eius, cum Normannis in Briliaco villa dimicantes fugantur, & Gausbertus Comes Cenomanensis insidiis Nannetensium circumuentus occiditur.

A. C. 853

NOTÆ.

Ranulphus Comes, &c. *Anno sequēti fuit etiam creatus Dux Aquitaniæ ad tempus à Carolo Caluo, qui, vt videbimus infra erexit Aquitaniam in regnum & Carolo filio suo dedit.*

Gausbertus Comes, &c. *Historia refert hunc iussu eiusdem Caroli Calui fuisse capite cæsum.*

ADDITIO.

Paulo post idem Carolus ad S. Dionisij oppidum prope Parisios, insigne emporium, quod vulgus vocat *Landi* quasi annum dictum, vel *l'Indiction* statuit celebrandum, idque 11. Iunij, per singulos annos.

In hunc annum coniecit fabulam suam Marianus Scotus de Papa Ioanne fœmina, biennio ante obitū S. Leonis tunc thronum S. Petri adhuc tenētis. Lege Baronium, Onuphrium, Gene-

A. C. 853

brardum in Benedicto, Remundum Senatorem Burdigalensem, & alios, qui commentum hoc abundè confutarunt.

TEXTVS.

854

† In Cœnobio Prumiensi.

Lotharius Imperator tondetur, & † monachalem habitum assumit pœnitentia ductus, quod Patrem suum in carcerem coniecisset, & monachum esse compulesset. Sed breui moritur.

Ludouicus eius filius manet Imperator, & Rex Italiæ. Carolus frater Burgundiam accipit dictã Trãsiuranam, Alpes, Prouinciam, & Delphinatum. Lotharius tertius frater Burgundię Comitatum (*la Franche Comté*) & reliquum, quod Patris erat Austrasiæ regnum cis Rhenum.

Additio ex Chronico S. Bertini.

855

Aquitani vrbem Lemouicam mense Octobri conuenientes Carolum puerum Caroli Calui filium Regem generaliter constituunt, vnctoque per Pontificem coronam regni Aquitanici imponunt.

Habetur hoc anno in Gallia Conci-

lium Valentiæ 3. contra Gothescalchi Scoti errores de prædestinatione, & iustificatione. Vbi definitum fuit seruanda esse conciliorum Affricani, & Arausicani decreta, Episcopos nominatos à regibus esse examinandos, & vetita esse duella.

A. C. 855.

NOTÆ.

*Sanè fuit tunc renouata condemnatio istius Gothescalchi, vt asserit Binius in notis ad Concil. Valent. tãtùm abest, vt celebratum fuerit ad defendendum eũ, quem hæreticum, imo bestiam, Historia Ecclesiastica nuncupat. * Quia aduersabatur prorsus doctrinæ S. Ioannis dicentis* Iesus est propitatio pro peccatis nostris, non solum pro nostris, sed etiam pro peccatis totius mundi. *Qui totum dicet nihil excipit.*

*Bar. an. 855.

TEXTVS.

858 Ludouicus Rex Lotharij Imperatoris frater obit.

NOTÆ.

859 *Hoc anno præterit silentio author Chronici nostri Synodum generalem Tulli, in qua iterata est damnatio*

A. C. 859

*Gothesalchi de prædestinatione, & actum de proditione Ganeleonis Senonum Archipræsulis, qui à Carolo Caluo defecerat ad Ludouicum nepotem. Huius defectionis celebre nomen euasit, (ait Baronius) addens post alios in ea Patres coram Rege & Rodulpho Archiepiscopo Bituricensi in terram prostratos per crucem & per effusionem sanguinis Christi supplicasse, ut priuilegium Monasterij B. Benedicti, de Regis consensu confirmatum, cuique dictus Rodulphus suum manuale signum aposuerat, executioni per omnia mandaretur. Vtinam Illustrißimi Antistites huius sæculi executionem priuilegiorum regularium toties concessorum, totiesque confirmatorum, cum affectu Paterno coram Papa & Rege procurarent. Certè à diebus nostris Regulares habuere vnum * ex illis sic pro ipsis loquentem* priuilegia Regularium bona, valida, legitima, acceptabilia, sancta, & venerabilia cognosco & probo. *Hæc per transennam dicta sint.*

* Est Ioãnes Petrus Camus Episcopus de Bellay in suo Parroc. p.368.

ADDITIO. A. C.

Hoc anno plenè firmata pax est inter Francorum Reges tum fratres, tum nepotes. 860

Nix sanguinolenta cecidit, vt testantur Annales incerti authoris apud Pithœum.

Robertus (à quo genus Capetorum) è nobili Ducum Saxoniç familia oriundus, nec nõ è familia Regia ortus, nunc constituitur à Carolo Rege Comes Andiũ cõtra Normannos. Cognominabatur fortis, & Marquio Franciæ. 862

Carolus Rex Aquitanorum Caroli Calui filius necdum 15. annos complens persuasione Stephani viduam Humberti Comitis, sine voluntate Patris in coniugem duxit. Hæc M.S. S. Bertini.

Carolus Pater cum valada manu versus Aquitaniam pergit, & Niuerni ad se venientem filium suum Carolum recepit, à quo exegit debitam subiectionem. 863

Ducit secum eum Compendium, qui noctu veniens de venatione in Silua Cotea, & iocans cum alijs iuuenibus ab Albuino iuuene in capite Spatha insscienter percutitur pene vsque ad cerebrum. 854

TEXTVS.

Turpio Comes Engolismensis

A. C. dimicat contra Normannos, at
864 dum corũ Regem nomine Maurum, occidit, ab ipso viciſſim occiditur. Poſt eum frater eius Emenon tenet Comitatum, ſed ſolum duobus annis.

ADDITIO.

865 Carolus Caluus permittit Carolo filio ſuo redire in Aquitaniam, ad inſtantiam procerum regionis, quamuis non adhuc bene ſanatus eſſet.

866 Is paſſione Eplemtica vexatus obit, & à fratribus Carlomanno & Ludouico apud Bituricam ſepelitur.

Nicolaus Papa facit conuocari Sueſſionem Synodum pro Clericis ab Hincmaro damnatis.

NOTÆ.

Catalogus Epiſcoporum Engoliſmenſium notat huic Synodo interfuiſſe Heliam Scotigenam Engoliſmenſem Epiſcopum.

TEXTVS.

867 Monaſterium B. Eparchij à Paganis deſolatur, ita vt nullus monachorum ibi habitaret.

Paulo poſt qui redierunt Cano-

nicalem habitum assumpserunt, quia primo Canonici erant, non monachi.

A. C. 867.

Helias Episcopus Engolismẽsis discipulus Theodulphi Episcopi Aurelianensis obit.*

+Alij scribũt 860.

NOTÆ.

Anno Episcopatus 40. *contigit huius obitus. Commendatur quod Cathedralem suam reliquijs * S. Benigni martyris decorarit. Multi vocant eum Doctorem.* Beda (*aiunt*) docuit Simplicium, Simplicius Rabanum, Rabanus Alcuinum, Alcuinus Smaragdum, Smaragdum Theodulphum, Theodulphus Heliam natione Scotum, Helias Henricum, & Henricus Remigium & Hugbodum suæ philosophiæ reliquit hæredes.

* Corpus S. Benigni martyris Engolismę ciuitati detulit ait codexmanus. Engolismensis.

TEXTVS.

Eumenus post biduum cum Landrico xantonensi Comite confligens, propter castrum Botauillæ interempto Landrico in castrum * Ranconam reducitur

† *Rancogne Chasteau pres de la Rochefoucaud.*

A. C. 867

saucius, & octauo die moritur, sepeliturque iuxta Basilicam B. Eparchij. Reliquit filium paruulum nomine Ademarum.

Carolus Rex audita Emeni (seu Emenonis) morte, Vulgrinum propinquũ suum fratrem Aldoini Abbatis S. Dionisij præfecit Engolismæ, sicut & Petrogoræ, & statuit fratrem alterum ipsius Oolibam nomine, Episcopum Engolismensem.

NOTÆ.

Hic quadam dicenda tacet author noster, quæ subijciam.

Lotharius pergit Romam ad Adrianum Papam, vt ab eo absoluatur ab excommunicatione ob repudiatam vxorem Tetbergam, sed dum data fide de repellenda Valdrada pellice domum regreditur, vita Placentiæ cessit.

Ludouicus Caroli Calui filius factus est Rex Aquitanorum. Post eum regnũ redactum est in Ducatum dependenter tamen à Rege Franco, saltem in hoc principio. Quamuis illa reductio

à quibusdam differatur tardius, quorum sententiam non improbo. A. C.

TEXTVS.

Carolus Caluus, & Ludouicus Germaniæ Rex fratres diuidunt inter se Lotharij regnum. 868 Aliis 870.

ADDITIO.

Basilius Imperator Orientis monet Ludouicum Imperatorem Occidentis, vt à nomine Imperatoris abstineat, respondet illud sibi esse hæreditarium. 871

TEXTVS.

Normanni per Ligerim Andegauenses depopulantur captâ, sed mox reddita vrbe. 874

Ludouicus Imperator Italiæ Rex Lotharij Imp. frater Mediolani moritur.

ADDITIO.

Carolus Caluus repente Romam aduenit & à Ioanne 8. Papa coronatur Imperator anno Regni sui 35. 875

Interea † Robertus Andium Comes & Ranulphus Aquitaniæ Dux aduersus Normannos pugnantes cadunt.

† Sic Tilius Episc. Meldẽsis sed alij melius 866.

NOTÆ.

Erant Ambo duo fulmina belli.

A. C. 875 *primus cognominabatur Abbas sancti Martini Turonensis, & alter Abbas S. Hilarij Pictauiensis, vterque titulum vtrumque ad suos descendentes singulariter transmisit. Hinc Reges nostri, qui successerunt eis, vsque hodie vocantur & sunt illorum locorum Abbates.*

ADDITIO.

876 Chronicon M. S. de Nangis refert hoc tempore à Rege Carolo Caluo Aquisgrano ad Ecclesiam S. Dionisij in Francia translatum fuisse Clauum Dominicum, & spineam Coronam, quam Carolus-magnus suus Auus ibidem in Ecclesia Beatæ Mariæ olim à se fundata, reposuerat.

NOTÆ.

Pauci eruditi in dubium reuocant illius S. Claui translationem, sed omnes fere negant illam coronam sanctissimam translatam illuc fuisse hoc æuo, asserentes hoc contigisse solum tempore S. Ludouici Regis, qui à Venetis eam redemit, cum à Balduino Imperatore Græco eis pignerorata fuisset.

ADDITIO.

Ludouicus Ludouici Regis Alemano-

rum filius, cum videret Imperatorem Carolum Caluum regnum paternum inuadentem, ei proposuit per Legatos satis æquas pacis conditiones, quas ille perfidè reiecit, idcirco ventum est ad pugnam in qua victus Imperator & fugatus fuit non sine militum, ac procerum suorum Cæde, aut captiuitate, & spoliatione, turpi quidem sed merita ob perfidam reiectionem pacis Quod audiens Richildis secundis nuptijs vxor Calui fugientis fugit & ipsa, & in fuga filium peperit, qui paulo post vitam cum meliori commutauit. Vnde occasionem capio scribendi lubens pacis conditiones ab hoste regibus nostris oblatas, ab ijsque reiectas, magno exitio eisdem eorumque subdictis sæpè fuisse. Certè super hoc alia exempla non desunt, quæ forte fusius alibi edemus.

A. C. 876.

TEXTVS.

Carolus Caluus Imperator moritur, & pro eo regnat in Francia Ludouicus Balbus filius eius, nec vltra Imperium accepit aliquis de regibus Franciæ, nam transiuit illud ab hæredibus Caroli-magni, qui Reges erant Francorum ad Alemannos & Baioarios.

877.

A. C. 877

NOTÆ.

Ille Imperator obijt Sedeciæ Hebræi Medici sui dolo in Italia, in quam rogatu Pontificis Ioannis 8. nec non conseruandi Imperium studio impulsus se contulerat. Habuerat 4. filios ex Ermentrude, Ludouicum, Carolum, Carlomanum, & Lotharium. Ex his Clericali habitu duos Deo obtulit Carlomanum, & Lotharium. Carlomanum oculis priuauit ob inobedientiam, Lotharium Abbatem morbo amisit, nec non Carolum vulnere, quod in capite acceperat ab Albruino ignorante quis esset. Eis solus superfuit Ludouicus dictus Balbus maior natu, qui Patri in regno successit. Cæterum falluntur, + qui eum Imperatoribus accensent. Errori causam dedit, quod à Ioanne Papa 7. Idus sept. coronatus dicitur anno 878. sed regia fuit hæc, non Imperatoria corona.

+ Cordonius est ex eorum numero.

TEXTVS.

Post mortem Caroli Calui, Longobardi ex gente sua Regem sibi creant Adalbertum,

deinde Harduinum. A. C. 877.

Romani similiter de Senatoribus suis eleuauerunt in regno super se Albericum, cuius frater Octauianus Papa ordinatus est, sub nomine Ioannis 12.

Fredebertus Franciæ Episcopus ad sanctum Eparchium veniens construxit ibi Ecclesiam in honorem Saluatoris, vt illuc trãsferret corpus beati viri, sed non potuit hoc leuare, vnde factum est, vt ipso consecrationis die moreretur, & ab Episcopo Ooliba ante Altare beati Eparchij humaretur. 878.

ADDITIO.

Hoc anno Ludouicus Rex largitus est quædam prædia Monasterio S. Martini Turonensis sic loquens in aliqua charta. *Volumus vt dicti fratres* (Canonici) *dum aduixerimus diem natiuitatis nostræ, quæ est Kalendis Nouembris & diem vnctionis nostræ, quæ per misericordiam Dei in Regio culmine sublimati sumus id est sexto Idus Decembris refectione sibi ex prædictis rebus parata annis singulis obseruent, &c.*

A. C. *TEXTVS.*

879 Excessit vita Ludouicus Balbus Compendij, & pro eo regnauit in Francia Carolus filius eius dictus incipiens & minor.

NOTÆ.

Errat hic author nostri Chronici, nam post Balbum, filij eius Ludouicus, & Carlomanus (quos Tilius nothos vocat) Reges Francorum consecrati sunt ab Episcopis post aliquot procerum tumultus, & ijs extinctis succedit

883 *frater eorum Carolus Posthumus dictus postea simplex, quem Balbus alia ex vxore habuerat.*

ADDITIO.

Hoc eodem anno Ado Viennensis finem Chronico suo imponit, & finem vitæ suæ vidit Ioannes Scotus confossus à discipulis suis in Anglia.

885 Obiit Rex Franciæ & post eum regnat in parte Franciæ Imperator Carolus Crassus, consensu procerum regni, nec non Ludouicus Carlomanni filius dictus iners in alia parte.

Interim obit Goslinus Episcopus Parisiensis ex Abbate S. Germani à Pratis, S. Dionisij Parisiensis, nec non S. Mauri

super Ligerim, alias Glanafolij, qui sororem habuit Bilichildem vxorem Bernardi Comitis Pictauiæ. A. C.

888 Ranulphus se proclamari curat Regem Aquitaniæ, vt refert Chronicon Malleacense.

890 Arnulphus Augustus salutatus pro Carolo Crasso inutili ad res gerendas, Regem se Franciæ dicit, sed maior pars procerum Odonem * Comitem Parisiensem & tutorem Caroli simplicis iubet regnare, quia is minor erat annis, quam vt remp. posset capessere.

* Aliis Andegauensem.

892 Principes Neustriæ Carolum simplicem Balbi filium 12. annorum verum regni hæredem coronant, & saltem ei remansit Neustria & Gallia Belgica

Oxouiensis Accademiæ natalis illucescit.

TEXTVS.

Vulgrinus Engolismæ, & Petrogoræ Comes moritur quinto nonas Maij, relinquẽs duos filios ex Rogelinda sorore Comitis Tholosani Bernardi 2. nempe Alduinum, & Guillelmum. Ille quoniam multis prælijs cum Nor-

A. C. mannis, & Paganis laborauerat,
892 ædificare fecit ad eos arcendos castrum Mariciliacum, & Mastacium (*de Marcillac & de Mathas.*) In Martiliacum misit tamquam Vicecomitem Ranulphum, qui tres filios, Lambertum, Arnaldum, atque Odolricum habebat.

Alduinus Vulgrini major natu filius Engolismæ factus est Comes, Guillelmus vero frater eius Petragoræ, & Agini.

NOTÆ.

Ex illo Vulgrino & ex sorore illius Bernardi 2. Comitis Tolosæ orta est progenies, quæ durauit plusquam 500. annos.

893 ADDITIO.

Regino Abbas Prumiens. lib. 2. Chron.

Ebulo Abbas S. Dionisij cum quodam castellum in Aquitania situm ardentius expugnaret, ictu lapidis periit, & mox Odo seu Otto Rex Abbatiam eius ad suum seruitium reuocauit.

Odo Rex Carolum simplicem victum in prælio fugat, & Luteriam occupat.

894 Fauet nunc Carolo simplici; nunc Odoni Francorum regibus Arnulphus Imperator Romanorum.

NOTÆ. A. C.

Sub illis regibus feudorum primordia in Francia exorta, & qui ante dicebantur à regibus Duces Prouinciarum regia voluntate, coeperunt sensim ex possessione dominium captare, dicique Duces hæreditarij ac Principes, sicque viam sibi fecit noua nobilitas, non tantum ad opes & potentiam, sed etiam (quod accidit in Capeto) ad nouum apud Francos solium. Hæc obseruarunt Historici, Annales Rhemenses Genobr. & alij. 894

ADDITIO.

Edginam filiam Aluredi Regis Angliæ Carolus simplex ducit vxorem. 895

TEXTVS.

Rodulphus Rex Burgundiæ cum manu fortissima Lemouicem appulit, & congregati sunt aduersus eum inumerabiles hostes Normanni. Verum Rodulphus commisso prælio cum eis in loco, qui dicitur ad *Destricios*, tanta strage eos affecit, vt vsque ad internecionem deleti fuerint Pagani, & 896

A. C. exinde fugientes non vltra ausi
896 sunt Aquitaniam ingredi.

Tanta strage accepta Normanni, dum Rodulphum fugiunt, terram Neustriæ vacuam repe-rientes, sedem, sibi in Rothomago constituunt cum Principe suo Rollone, qui postea Christianus factus est, & in honore Christi, cuius miles euaserat, infinitum pondus auri per Ecclesias Christianorum distribuit.

897 Ranulphus Comes Pictauiensis Guillelmi Comitis Aruerniç consanguineus, Rollonis admodum familiaris, qui pugnator erat fortissimus, à Rege Franciæ Odone valde honorabatur, sed cum assiduè in aula degeret, ab inimicis suis veneno necatus est, & cum se vidisset moribundum, Eblum paruulum filium sancto Geraldo tutandum commisit.

Aliis forte rectius 890.

NOTÆ.

Filiam Rollonis Principis Normanorum nomine Adelinam Ranulphus

habuit vxorem nullumque ex ea filium suscepit: Habuit autem ex alia vxore filium istum Eblum, quem aliqui scribunt in coniugium duxisse eamdem Adelinam, vel Gerloc. quod non facile crediderim, nisi forte hæc Gerloc esset soror Adelinæ.

A. C. 897.

TEXTVS.

Ademarus filius Emenonis nuper Comitis Engolismensis, Sancia in coniugio sibi copulata, Alduino Engolismensi, & Guillelmo Petragoricẽsi familiarissimus existens, à Rege Francorum Odone suo consanguineo Pictauiensis Comes pro Ranulpho vitâ functo efficitur.

Erat filia Guillelmi Comitis Petrogorę & nepotis Vulgrini Comitis Engolismæ.

898

S. Geraldus qui Ebli Ranulphi filij curam susceperat, clam ipsum Eblum à Pictauis subducit, & Guillelmo Auerniæ Comitis, & Aquitaniæ Duci nutriendum credit, quia eius propinquus erat.

900

Moritur in Gallia Odo Rex sine liberis, & moriens dari regnum Carolo simplici iubet.

A. C. *NOTÆ.*

900 *Instituit lilia in signo Francorum depingi incerto numero, quem voluit esse ternarium Carolus 6. anno 1380.*

Guillelmus Sanctij Comes Vasconiæ circa hoc tempus instaurauit, & dotauit Abbatiam S. Crucis, Burdigalæ, nam iam constructa erat à tempore Caroli-magni, sed Normanni eam destruxerant anno 848. Constituit ibi 13. monachos, & Abbatem, cui nomen Elis, idque consensu matris suæ Entrogodis, & vxoris suæ Arenburgis, vt testatur charta dotationis exhibita à Domino Petro de Marca tunc præside Palensi in sua Hist. Bearn.

TEXTVS.

910 Hoc tempore Guillelmus ille Comes Aruerniæ, cum non haberet prolem, Cluniacum Monasterium in fundo proprio, quod est in Burgundia, construere fecit.

NOTÆ.

Est situm illud Monasterium ad Gronam fluuium Diœcesis Matisconensis, & fuit dicatum SS. Apostolis

Petro & Paulo. Berno iam Abbas Gigniaci (de Gigny) *Ordinis S. Benedicti, qui fuerat discipulus Hincmari Rhemensis, primus præfuit Cluniaci, quamuis Sigebertus altius referat hoc Principium nempe ad annum* 895.

A. C. 910

ADDITIO.

Dū Rollo Carnotū obsidet, Richardus Dux Burgundiæ in eum irruit, & Antelino Episcopo supparum, vel Tunicam B. Virginis præferente, fugat. Alii pro Richardo scribunt Rhodolphum.

911

Hoc anno Regino Prumiensis Chronico suo finem imposuit.

TEXTVS.

Ademarus Pictauiensis Comes cum similiter prole careret, cum vxore sua Sancia, de futuro sæculo prospiciens, concessit multa ex iure proprio Christi Ecclesijs, prædia, videlicet *Vohartum Carrofo Multonem* S. Martiali, *Goruillam* S. Eparchio, *Merciacum* S. Ioanni, & *Corcolmum* S. Hilario. Paulo post obijt & sepelitur Pictauis iuxta S. Hilarij Basilicam.

912

913 Aliis

Ebbo Biturico Toparcha cœpit Eblo.

A. C. 913

ædificare Monasterium Dolense seu Burgidolense ad fluuiũ Indrũ (*Indre*) in honorem Dei matris, quod postea integrauit filius eius Rodulphus, vbi magnam congregauit cohortem monachorum regulariter degentium.

NOTÆ.

Ille Elbo à Normannis occisus, Aurelianis sepelitur.

TEXTVS.

Auril-lac.

Sanctus Geraldus Aureliaci fundauit Monasterium.

NOTÆ.

Hunc quidam perperam faciunt Comitem Aruerniæ, erat enim tantum Dominus Aureliaci. Antonius Ypez Benedictinus in suo tomo 4. putat eum scripsisse regulam suo stylo, vt in illo Monasterio obseruaretur, quia Ferdinãdus Legionis Rex in quodam priuilegio locutus est de fratribus sub regula S. Geraldi degentibus. Sed lapsus est, nam hæc verba non sunt intelligenda de aliqua regula, quam S. Geraldus scripserit, sed de ea, sub qua Cœnobium

bium ab eodem ædificatum Deo militabat. Adde quod nunquam fuerit monachus, vt ex S. Odone Abbate Cluniacensi, qui vitam eius literis mandauit, probat Hugo Menardus Obseruat. lib. 1. Octobris. *Et si vixerit semper cælebs dicens ei, qui conabatur eum inducere ad ducendam vxorem sororem Ducis Aquitaniæ, & Comitis Aruerniæ, vt haberet prolem,* vtilius est mori sine liberis, quam malos hæredes relinquere.

A. C. 915

ADDITIO.

Robertus antea vocitatus Roho, vel Rollo, primus Dux Normanniæ, moritur, & succedit ei filius Guillelmus, adhuc puer sub tutela Roberti Comitis Franciæ.

NOTÆ.

Nostri Historici scribunt B. Fulconem Archipræsulem Rhemensem audacter dixisse Carolo simplici quod posset eum excommunicatione percutere, si vellet, imo & subditos eius à iuramento fidelitatis absoluere, quia se iunxerat fœdere cum Normãnis & dederat Duci eorũ Rhoo filiã suam Egi-

A. C. 913 *diam coniugem, & Neuſtriam quaſi pro dote. In quo obſeruandum eſt quod tunc temporis Epiſcopi poterant excommunicare Reges noſtros, ſed per priuilegium datum S. Ludouico à ſancta ſede Apoſtolica deuoluta eſt hæc poteſtas ad ſolos Pontifices Romanos, qui tamen non poſſunt eos priuare regnis eorum, quandoquidem habent tantum poteſtatem ſpiritualem in eos, non autem temporalem, ideo cantat Eccleſia.*

Non eripit mortalia
Qui regna dat cœleſtia.

Ita Politici.

ADDITIO.

918 Obit Guillelmus dictus pius, nec non Pater Senatus Romani, & Pater patriæ, ob frequentes eius peregrinationes ad illam patriam omnium nationum, ſeu ad limina Apoſtolorum, & ob Cœnobium Cluniacum, quod fundarat & dotarat. Ei ſuccedit Guillelmus nepos eius, qui ſtatim Lemouicam ſe contulit, vbi tanquam verus hæres ſuſcepit poſſeſſionem Ducatus Aquitaniæ ſumens de more ab Epiſcopo loci in digito

S. Valeriæ annulum, & in capite coronam Ducalem. A. C.

Quædam puella nomine Osanna de Pago Vonzense carnem non comedés, neque panem ab annis duobus, cui multæ visiones ostendebantur, venit Rhemos ad Monasterium S. Petri, & tota Hebdomada iacuit immota & sanguinem sudauit, ita vt frons eius, & facies vsque ad collum operirentur sanguine, non sine videntium stupore.* 920

† Flodoardi Chronicon ad annũ 910.

Principes Galliæ à Carolo secedunt quod propensior esset in Haganonem Laudunensem virum ignobilem, sed Herueus Archiepiscopus Rhemẽsis, licet magno labore, res turbatas composuit.

NOTÆ.

Ille Haganon honorabatur titulo Abbatis Marquionis (Abbé Marquis) *sed non exprimitur cuius Abbatiæ fuerit Abbas. Tunc tẽporis ditiores Abbatiæ dabantur potentioribus laïcis etiam vxoratis, vt preberent Ducibus, quo milites suos fouerent, & tales inter monachos sedem habebant, imo quandoque de eorum regulis, & moribus ordinabant, vnde in Concilio*

A. C. † *Meldensi sub Carolo Caluo tantoperè*
* cap. *inclamatum, & conquestum fuit.*
9. 10.

ADDITIO.

922 Carolus simplex, quod Haganonem suum deperiret, iterum deseritur à proceribus, qui Robertum Comitem Parisiensem creant Regem.

923 Apud Suessiones Robertus, qui se Regem dicebat pugnans aduersus Carolum simplicem in acie occiditur, quod non impediuit, quin dolo Heriberti Comitis & cognati, Carolus captus Peronæ in carcerem detruderetur, & quin Rodolphum generum Roberti occisi è Burgundia vocatum Proceres Regem constituerent, de consensu tamen Caroli simplicis: vnde bellum ortum est inter ipsum Rodulphum, & Guillelmum Ducem Aquitaniæ.

925 Ceuffus Remensis Archipræsul veneno extinguitur dolo Heriberti Comitis, qui in eius locum statim coegit Episcopos vicinos sufficere filium suum Odonem, vel Hugonem, nondum egressum † annum quintum ætatis, sed anno 932. Rex Rodulphus Artaldum ad illam dignitatem euehi curauit.

* Flodoard'.

926 Academiæ Louaniensis natalis.

TEXTVS.

927 Guillelmus 2. Dux Aluernis

obit, & filius Ranulphi Eblus Aluernis & Pictauis simul Comes efficitur, qui accepta in coniugem Adela filiam Rollonis Rothomag. ex ea suscepit Guillelmum 3. dictum Caput stupæ, & Eblum Episcopum Lemouicensem.

A. C. 927.

NOTÆ.

Dominus Besly vocat illam Adelam Anglam, & alij Gerloc.

ADDITIO.

928 Vido Tusciæ Marchio, impellente vxore † Marozia, nuper scorto Sergij Papæ intrusi, Ioannem 10 Pontificem Romanum in carcerem conjicit, ibique strãgulat: postea subrogat ei Leonem 6. deinde Stephanum, & demum Ioannem 11. filium Sergij, & illius infœlicis Marosiæ. Sed tandem moritur anno 933. & illam accepit in vxorem Hugo Rex Italiæ, vt, ea iuuante, potiretur Româ. Verum Albericus filius Marosiæ, & ipsius Ioannis Papæ frater eum vrbe pellit. Certè non illis temporibus Iesus nauim S. Petri deseruit, sed in ea dormiebat, ait Baronius.

† Erat filia Theodoræ Impuræ scorti.

929 Hoc anno Regum miserrimus Peronæ in vinculis decessit Carolus simplex, conditusque est in æde D. Fursei,

A. C. 929

vbi tumulus eius lilijs aspersus hodie quoque visitur.

TEXTVS.

Obijt Alduinus 2. Comes Engolismensis hæreditarius, qui muros ciuitatis Engolismæ restaurare cœperat.

NOTÆ.

*Silentio præterit author langorem septem annorum, quo mulctatus fuit ille Comes ante obitum, quod retinuisset apud S. Eparchium partem S. Crucis, quam fidei eius commiserant monachi Carrofenses fugientes Engolismam à furore Normannorum. Cuius rei mentionem hic libens facio, vt patefaciam fabulam eorum, qui partem illam S. Crucis sumunt pro pretioso preputio * I. C. ab Angelo cælesti miraculosè Hierosolimis Carolo-magno delato, quod Carrofum se habere gloriatur.*

*Vocatur Dominica virtus, sanctissima virtus, gloriosissima virtus.

TEXTVS.

Succedit filius eius Guillelmus cognomento sector ferri, qui honorem restituit Olderico fratri Lamberti Vicecomitis Marcilia-

censis, & Arnaldi, qui à Bernardo sunt occisi in vltionem Sanciæ sororis suæ, quam occidere conasi erant, post mortem Ademari Emenonis filij. Fuitque Oldericus sectoris ferri Vicecomes, sicut Ranulphus fuerat Vulgrini.

A. C. 929

Hoc dicitur per anticipationem.

NOTÆ.

Marciliacensis, &c. *Hæc terra pertinet nunc ad domũ Rupificaldiensem sub titulo Principatus, & dependet ab Episcopo Engolismensi, vt annotauit Dominus Besly.*

ADDITIO.

Romanus Imperator Orientis à Stephano filio capitur, & monachus fit, sed Stephanus postea relegatur.

TEXTVS.

Ademarus supradictus, qui sororem Bernardi Sanciam habuit vxorem, defunctus est, & Pictauis iuxta Basilicam S. Hilarij 4. nonas Aprilis sepultus.

930

NOTÆ.

Quidam scribunt superuixisse Alduino Comiti Engolismæ 10. *annis.*

A. C. TEXTVS.

930 Bernardus mortuo Patre Guillelmo, fratre Alduini ex Vulgrino, Comes Petragoricensis efficitur, & communem habuit honorem cum Guillelmo Patrueli suo tenente Principatum Engolismensem.

932 Bernardi Sancia soror moritur 2. nonas Aprilis, & humatur iuxta Basilicam B. Eparchij.

NOTÆ.

In illo tempore, imo à Principio Christianitatis, fideles licet Reges, & magni Principes non humabantur intra Ecclesias, sed tãtum extra, humilitatis ergo, quod infinitis exemplis probari posset.

TEXTVS.

Gumbaldus Episcopus Engolismensis obit, & ei succedit in Episcopatu Fucaldus.

NOTÆ.

Si hunc Gumbaldum author noster facit successorem Oolibæ, hoc debuerat

fecisse anno 904. quo decessit Oolibas, & sic sedisset ille in sede Episcopali 28. annis. Sed vetus Codex Vertolij vocat successorem huius Gumbaldi unum post alterum Oolibam, Anatolium, & Godalbertum, cui dat successorem Fucaldum.

A. C. 932

TEXTVS.

Guillelmus sector-ferri, & Bernardus Petrogoræ Comes consanguineus eius monasticum habitum in Basilica B. Eparchij restitunt præficientes eidem Basilicæ Mainardum Abbatem.

933

NOTÆ.

Hic in fronte illius Basilicæ elegans construxit Oratorium in nomine S. Resurrectionis, & multas reliquias, quas Hierosolimis asportauerat, ibi recondidit.

TEXTVS.

Elbus, vel Ebulus, Comes Pictauiensis, nec non Aquitaniæ Dux moritur relinquens duos filios Guillelmum *Caput stupæ*, & Eblum. Ille fuit Vallatis Aluernis,

935

A. C. Lemouicæ & Pictauiæ Comes, imo tandem Aquitaniæ Dux, & hic Pontifex Lemouicæ.

936 Ludouicus 4. Vltramarinus Caroli simplicis ex Ogina filius post mortem Rodolphi Regis Franciæ, itidemque Ducis Burgundiæ, reuocatur ab Anglia, & sic ad Caroli-magni progeniem regnum redit.

His diebus Otho Alemanorum Rex, Longobardorum regnum sibi subegit, & post mortem Alberici Romanorum Regis, consensiente Octauiano Papa Imperator promotus est, quo defuncto, imperauit pro eo alter Otho filius eius.

NOTÆ.

Otho Alemanorum, &c. *Successit ille in regno Patris sui Henrici dicti Aucupis Imperatoris.*

Post mortem Alberici Romanorum Regis, &c. *Hæc contigit anno* 954. *verum non erat hic Rex, sed solum Patricius Romanorum, Rex*

Italiæ tunc erat Berengarius. A. C.

Consensiente Octauiano Papa, &c. *Octauianus erat filius illius Alberici, & Principatum tenens Romæ factus fuit Pontifex Romanus ætatis suæ 18. & dictus Ioannes 12. qui coronauit Othononem Imperatorem anno 962.* 936

Quo defuncto, &c. *Obijt anno 973. postquam regnum Italiæ extinxit in persona Adalberti victi iusta acie. Vocatus fuit magnus.*

Alter Otho filius eius, &c. *Hic erat iam ab anno 967. Imperij socius.*

TEXTVS.

Odo, & Tertolus Canonici S. Martini Turonensis derelictis huius sæculi bonis, Cluniacum Monasterium ingrediuntur, cuius tandem Odo Abbas extitit, & post cum Majolus. 938

NOTÆ.

Odo, &c. *Arnoldus Vvion hunc primum Ordinis monastici nigrorum reformatorem * nuncupat, & Cluniacensis Congregationis authorem, qui*

* Lib. 5. leg. vit. c. 3.

A. C. 938

tum exemplis, tum exhortationibus, tum etiam authoritate, qua plurimum valuit, non solum in Gallia, verum etiam in Hispania, Italia, & Germania, ordinem ex integro correxit circa annum 930. Hæc ille *quem sequitur etiam Simon Miletius, sed profecto vterque hallucinatus est, nam primus reformator Ordinis Benedictini in illis partibus extitit Carlomannus Princeps Austrasiæ filius Caroli Martelli, vt iam notaui alibi post plures authores graues, & non Carolus-magnus, vt opinatus est Domnus Benedictus Aefftenus Commentator egregius regulæ S. Benedicti, nam Imperator ille licet pijssimus, tantum in hoc negotio secutus est vestigia illius Carlomanni, qui paulo post suscepit monasticum habitum in monte Caßino, vbi stupendæ humilitatis exempla prodidit. Cæterum præpostere proculdubio ponitur ille prædictus ingressus ab authore, nam longè antea vterque Odo & Tertolus transierant ad Cluniacum & iam erat Odo Abbas Cluniaci post*

Gard. Baron.

Bernonem, qui obijt anno 926. Cum fuisset primo Abbas Tutellensis Lemouicis Diœcesis, nec non, & S. Petri viui Senonensis.

A. C. 938.

Post eũ S. Majolus, &c. *Non, sed Aymardus Comitis Engolismensis filius, cultor eximius simplicitatis & innocentiæ, qui successit anno 943. Odoni vita functo Turonis 14. Calẽdas Decembris, & sepulto ibidem in Monasterio S. Iuliani martyris, quod ipse fundauerat. Qui Aymardus post 11. annos luminibus orbatus se abdicauit officio anno 954. obijtque 963. Cluniaci 5. Octobris, & ibi in vetere Ecclesia retro maius Altare sepelitur. Ita loquitur Dominus Claudius Robertus in Catalogo Abbatum Cluniacensium: sed nescio vbi hoc hauserit, nam Ademarus noster, & Franciscus Corlæus, qui vitam scripsit Comitum Engolismensium, nullam prorsus mentionem fecere illius Aymardi: vnde fit vt putem, quod totum piscatus sit Claudius ille à Vincentio Bellouacensi, qui laudat impensè illum*

A. C. 958

Aymardum lib. 25. cap. 68. sed quam parum fidei authores emunctæ naris, in huiusmodi rebus ei adhibeant, nullus nescit.

TEXTVS.

Tertolus inuitus consecratus est Archiepiscopus Turonis iubente Abbate suo Odone, qui fuit literis liberalibus apprimè eruditus, & Dei amore flagrantissimus, ac monachorum strenuus regulæ restitutor.

NOTÆ.

Ille vocatur à quibusdam aliter Theotolus, Theutatus, Theodolus, & Theudolus, obijt 945. & sepultus fuit in S. Iuliani cœnobio, (quod restituerat) iuxta ipsum S. Odonem.

TEXTVS.

943

Arnulphus Flandrensis Comes Guillelmum Normãnorum Principem dictum longam Spatham dolo interimit. Huic à Rege Ludouico Richardus Guillelmi ipsius † Nothus successor datur saltem in aliqua Prouinciæ parte.

† Alij non vocãt Nothum.

Hic Richardus ædificauit in Normannia, quæ antea vocabatur Marcha Franciæ, & Britanniæ, Monasteriũ S. Michaelis de mõte, vbi monachos Benedictinos sub Abbate Mainardo ordinauit.

A. C. 943

NOTÆ.

Est ille mons (qui vocatur alias tumba in Diœcesi Abricensi) vbi capitulum ordinis Equestris in honorem eiusdem S. Michaelis à Ludouico XI. *instituti, fieri debebat. Locus perigrinationibus valdè celebratur.*

TEXTVS.

Item Monasterium Fiscanum (*Fescam*) in honorem S. Trinitatis, vbi sepultus est.

ADDITIO.

944

Obijt Albuconi 7. Calendas Augusti Domnus Turpio, Turpius, vel Turpinus Episcopus Lemouicensis, Auunculus Roberti Vicecomitis Albicensis, & frater Aymonis Abbatis S Martialis. Suscripsit cum Gerontio Bituricensi Archiepiscopo fundationi Monasterij Dolensis seu Burgdolensis (*Bourgdeols* vel *Bourgdieux*) Diœcesis Bituricensis, ad fluuium Angerim, vel Indrum (*Indre*)

A. C.

factę per Ebbonem illius loci Principem anno Caroli 29. Christi 920. & S. Augustini Cœnobium instaurauit sub regula S. Benedicti. Hoc à S. Odilone in vita S. Geraldi memoratur.

945 Ebulus frater Guillelmi 3. Comitis Pictauiæ, & Ducis Aquitaniæ successit illi in Episcopatu Lemouicensi, annuente Ludouico Rege Franciæ.

TEXTVS.

951 Fucaldus Engolismensis Episcopus moritur relinquens sedem suam Ebulo.

954 Ludouicus Transmarinus moritur pariter & filius eius Lotharius ex Gerberga Regina sorore Imper. Othonis progenitus regnat pro eo.

956 Guillelmus sector-ferri Engolismæ Comes vita exijt. Hoc cognomen sortitus est, quia commisso prælio cum Normannis Regem eorum nomine Stonium medium pectus simul cum thorace vno ictu gladij secuit. Sepultus fuit iuxta Basilica S. Eparchij, Reliquit paruulum nomine

Arnaldum, ideo ſui conſanguinei A. C.
Arnaldus, Guillelmus, Taleran- 956
dus filij Bernardi Comitis Petro-
goræ tenuere pro eo Principatum
Engoliſmæ per 30. annos affir-
mantes eum eſſe *Manſer* filium
amicæ Patris, non vxoris legi-
timæ.

Vita exijt ſimiliter Bernardus 957
Comes Petrogorenſis relinquens
4. filios, quorum primogenitus
Helias ſucceſſit ei in Comitatu.

Paulo poſt Eblus vel Ebulus
Epiſcopus Lemouinenſis ad ſuf-
ferendum onus ordinauit ſub ſe
Corepiſcopum Benedictũ, quem
volebat relinquere ſucceſſore ſuũ
ſed ille Helias hunc captum pri-
uauit oculis, qui ſtatim mortuus
eſt. Ob quod facinus Eblus indi-
gnatus triſtis fuit vſque ad mor-
tem, quæ mox ſecuta eſt. Vnde
triſtes ſui Diœceſani eum huma-
uerunt iuxta Baſilicam S. Mar-
tialis in Eremo.

Fuit ille à S. Martiale 39. Epiſ-

A. C. copus bonus Paſtor. Ædificauit
957 Caſtellum Lemouicæ ſedis, & Caſtellum S.Hilarij, vbi diſpoſuit Canonicos, quia infeſtatione Normannorum idem locus à monachorum priſca habitatione deſciuerat. Reſtaurauit quoque monaſteria S. Maxentij & S. Michaelis ad Eremum, nam frater eius Guillelmus Dux Aquitaniæ, & Comes Pictauiæ dederat illi hæc duo Monaſteria, cum nonnullis alijs poſſeſſionibus in Pictauienſi ſolo.

NOTÆ.

Benedictum Corepiſcopū, &c. *Non fuit priuatus oculis ſimulac potitus eſt illa dignitate, nam eius ſignum reperitur in quodam priuilegio à Guillelmo illo dato, anno 969. vbi hac verba leguntur* Guillelmus diuina ordinante Clementia Aquitanorum Dux, & Cœnobij precioſiſſimi Confeſſoris Chriſti Hilarij Abbas notum manu firmaui.

S. Guillelmi Comitis & Abbatis.

S. Eboli Episcopi & Clauigeri A. C. S. Hilarij. 957.
S. Gisliberti Episcopi.
S. Benedicti Episcopi, Corespiscopi.

Datum mense Martio feria 3. luna 24. Lothario Rege regnante, Salomone Papa.

Ille Dux hoc nomen Salomonis addebat pro nomine veri Pontificis Romani, forte intelligens sapientiam Dei, quia tunc non habebat ob schismata pro Papis legitimis eos, qui tunc in throno S. Petri sedebant.

TEXTVS.

Helias Petragorensis Comes cum Geraldo Vicecomite Lemouicensi, & filio Guidone commisso prælio, victor extitit, & postea cum suo Adalberto in deceptione captus à Guidone in Castro Montiniaco custodiæ mancipatus est.

Sed cum suasu Guillelmi Ducis, Comitatu priuatus esset propter supradictum Corepiscopum, Deo

A. C. propitio, de custodia euasit & non multo post in via Romæ peregri-
957 nus in Dei opere obijt. Adalbertus vero frater eius plurimo tempore in turre ciuitatis Lemouicæ custoditus, tandem solutus est, accepta in conjugio sorore eius Guidonis Vicecomitis, ex qua filium genuit Bernardum.

959 Radulphus succedit in Episcopatu Engolismensi Ebulo.

Et ei vita functo succedit 972. Hugo ex nobili genere Comptariorum Iarnaci apud Santonas dominorum. Erat vir vndequaque doctissimus, sed astutus.

NOTÆ.

Codex M. S. Vertolij refert eum scripsisse vitam S. Eparchij, & multa bella habuisse cum Arnaldo Engolismensi Comite, quod vellet eius Comitatum acquirere Ecclesiæ. Qua de causa (*inquit*) bona ipsius Ecclesiæ distrahens maximam partem in Lemouicensi, Petragoricensi, Santonensi & Engolismensi Ba-

ronibus,qui in prædicta seditione ei auxilium præbebant,impendit, sicque ad tantam alienationem bonorum, & ad tantam loci desolationem versa est Cathedralis Ecclesia, vt pauci monachi ibi Deo seruientes de bonis Ecclesiæ vix sustẽtari possent. Quod autem essent hic tunc monachi apparet,quod Cymbalum in Claustro, & alias monasticas consuetudines Ecclesia Engolismensis adhuc retinet. *Huc vsque codex ille M. S. non dubium est, quin hoc ita sit, quandoquidem eodem sæculo Ecclesia Cathedralis Burdigalensis à monachis etiam incolebatur. Vnde Palatium Episcopale istic vsque fere ad Patrum nostrorum tempora appellatum fuit Abbatia, vt videre est apud Chronicon Burdegalense, sed fateor me nescium esse temporis, quo monachi in vtraque Ecclesia Canonici fieri, & nominari cæperint.*

A. C. 959

TEXTVS.

Tunc temporis florebat He-

A. C. lias Villaboensis Dux.

963 Arnaldus Comitis Bernardi filius subtrahens S. Eparchio villam Salensem, & conferens eam huic Heliæ, ab Angelo percussus interijt, & hac de re paulo ante interitum villam de Iarnaco contulit S. Eparchio pro emendatione. Fuit sepultus iuxta Basilicam eiusdem S. Eparchij.

Guillelmus Talerandus istius Arnaldi frater moritur.

ADDITIO.

Hugo Capetus à Franco Rege Dux Franciæ renunciatur, & eius sororem vxorem ducit Richardus Rothomagensis.

TEXTVS.

Nicephorus Basilicum Imperatorem, & Constantinum paruulos Constantinopoli educans Sarracenorum regnum inuadit, & Antiochiam aliasque fortissimas, & munitissimas ciuitates expugnans, Imperio Græcorum subdit.

NOTÆ.

A. C.

963

*Ille Nicephorus cognominabatur Phocas, & mortuo hoc anno Romano Orientis Imperatore, licet patri successissent illi duo filij, tamen iste victorijs iam nobilitatus, acclamatur Imperator, & coronatur à Patriarcha Polyeucto: dein Imperatricem viduā nomine Theophanion ducit * vxorem, & sic curam eius puerorum suscepit.*

*Zonaxas & alij.

TEXTVS.

964

Obit Guillelmus caput stupæ Aquitaniæ Dux & Pictauiæ Comes, & sepelitur extra Ecclesiam S. Cypriani in habitu monastico. In eius ditione successit filius eiusdem nominis, qui filiā Theobaldi Campanensis, Blesarum, & Turonum Comitis nomine Emmam duxit vxorem & ex ea habuit filium etiam vocatū Guillelmum.

ADDITIO.

966

Hoc tempore Flodoardus Præsbiter vel Abbas Rhemensis, Historiæ Ecclesię Rhemensis, nec non vitæ suæ finem ponit. Alij Flodoardum vocant & sic distingunt ab altero.

A. C. S. Romualdus Camaldulensium fundator floret. Plenus dierum & meritorum anno 1007. migrauit in cœlum.

TEXTVS.

969 Mater Basilij Imperatoris Orientis, & Constantini, metuens ne Nicephorus aduersus filios suos Tyrandem exercere vellet, eum, dum in Basilica Deo Sabatho sancto preces funderet, gladio occidi curat.

NOTÆ.

Vsa est in eo facinore perfidiâ Ioannis 3. Zemiscæ, qui statim acclamatur Imperator, licet occisor Domini sui, quem reuera Principem bellum clarum, sed rapacem, & sacrilegium fuisse ait Baronius.

ADDITIO.

975 Imperator Zimisca rediens è *Syria* veneno extinguitur, & succedunt filij Romani Iunioris, Basilius 20. annorum, & Constantinus annum agens 17.

Orselinus Venetorum Dux vitam monasticam in Aquitania delegit.

Villegesus filius Rhedarij fit Moguntinus Archiepiscopus, vnde rota in insignibus

signibus Moguntinorum Archipræsulum vsque adhuc visitur. A. C.

Otho 2. Imperator (cui sanguinario cognomen) Lotharij Regis Fraciæ fratrem Carolum multis beneficijs sibi deuinctum Lothariensibus Ducem dedit, quod valde proceribus regni displicuit. 972

NOTÆ.

Nonnulli obseruant illam dignitatem fuisse datam ab anno 958. cuidam Principi Saxoniæ, vel Franconiæ, sed nomen silentio prætereunt.

TEXTVS.

His temporibus Aymericus occupabat Abbatiam S. Martialis Lemouicæ in habitu laïcali. Ludouicus timens eius Tyrannidem eam ei commiserat, cum hac tamen conditione iuratâ, vt monachus fieret antequam moreretur, cui satisfaciens intra breue tempus vsura lucis priuatur.

ADDITIO.

Basilius Imperator Sarracenis mercede conductis Italiam inuadit; vbi Bario & Matera expugnatis, Apulia & Calabria recipiuntur.

A. C. S. Romualdus Camaldulensium fundator floret. Plenus dierum & meritorum anno 1007. migrauit in cœlum.

TEXTVS.

969 Mater Basilij Imperatoris Orientis, & Constantini, metuens ne Nicephorus aduersus filios suos Tyrandem exercere vellet, eum, dum in Basilica Deo Sabatho sancto preces funderet, gladio occidi curat.

NOTÆ.

Vsa est in eo facinore perfidiâ Ioannis 3. Zemiscæ, qui statim acclamatur Imperator, licet occisor Domini sui, quem reuera Principem bellum clarum, sed rapacem, & sacrilegium fuisse ait Baronius.

ADDITIO.

975 Imperator Zimisca rediens è Syria veneno extinguitur, & succedunt filij Romani Iunioris, Basilius 20. annorum, & Constantinus annum agens 17.

Orselinus Venetorum Dux vitam monasticam in Aquitania delegit.

Villegesus filius Rhedarij fit Moguntinus Archiepiscopus, vnde rota in insignibus

ſignibus Moguntinorum Archipræſulum vſque adhuc viſitur. A. C.

Otho 2. Imperator (cui ſanguinario cognomen) Lotharij Regis Frãciæ fratrem Carolum multis beneficijs ſibi deuinctum Lotharienſibus Ducem dedit, quod valde proceribus regni diſplicuit. 977

NOTÆ.

Nonnulli obſeruant illam dignitatem fuiſſe datam ab anno 958. cuidam Principi Saxoniæ, vel Franconiæ, ſed nomen ſilentio prætereunt.

TEXTVS.

His temporibus Aymericus occupabat Abbatiam S. Martialis Lemouicæ in habitu laïcali. Ludouicus timens eius Tyrannidem eam ei commiſerat, cum hac tamen conditione iuratâ, vt monachus fieret antequam moreretur, cui ſatisfaciens intra breue tempus vſura lucis priuatur.

ADDITIO.

Baſilius Imperator Sarracenis mercede conductis Italiam inuadit; vbi Bario & Matera expugnatis, Apulia & Calabria recipiuntur.

L

A. C. *TEXTVS.*

983 Otho 2. Imperator Romæ morbo extinctus sepultus est in vestibulo Basilicæ Vaticanæ, postquam Saracenos affecisset ingenti clade, vnde eum dictum aliqui scribunt sanguinarium.

Ei succedit Otho 3. eius filius, qui Philosophiæ deditus, & bonis operibus intentus Hungariæ populos vna cum eorum Rege ad Christi fidem conuertit.

986 Arnaldus filius Guillelmi sectoris ferri Baronum suorum auxilio, Comitatum Engolismensem recuperauit, captumque in conflictu Adalbertum * fratrem Heliæ nuper Comitis Petragoricensis, Ducis suasu amandauit Pictauum, vt oculis priuaretur, quia erat complex fratris sui Heliæ, in obcæcatione Benedicti Corepiscopi Lemouicensis.

* Alij Gausbertum vocant

Paulo post timore Dei tactus construxit habitaculum pro monachis prope Ecclesiam S. Amātij

de Buxia & dedit illis Abbatem reuerendum Franconem. Deinde in Aula S. Eparchij factus monachus obijt quarto nonas Martij & iuxta Patrem sepultus est. Successorem habuit filium Guillelmum.

A. C. 986

NOTÆ.

Vouerat ille illius habitaculi constructionem, sed ad perfectum statum promouere non potuit.

TEXTVS.

Eodem tempore grauissimum bellum inter Guillelmum Ducem Aquitaniæ, & Gosfridum Andegauensem Comitem exortum est, sed Gosfridus necessitatib⁹ actus, Guillelmo Duci se subdidit cum Lausduno Castro, & nonnullis alijs in pago Pictauorum.

NOTÆ.

Hic Comes cognominabatur Grisagonella, & obijt in obsidione Marsonis super Odonem Rufinum facta. Ei successit fulco filius eius.

A. C. 986

ADDITIO.

Circa hoc tempus obijt Guillelmus Sanctius Comes, vel Dux Vasconiæ relinquens ex Vrraca 2. vxore de sanguine Regio Arragoniæ duos filios Bernardum, & Sanctium, & duas filias Briscam 2. vxorem Guillelmi 4. Ducis Aquitaniæ, & aliam Anonimam, quæ mater fuit Garciæ, vt Dominus Besly in tabula Ducum Aquitaniæ obseruauit.

TEXTVS.

Lotharius Francorum Rex ab Aquitania reuertens veneno à Regina vxore sua adultera extinguitur. Reliquit filium Ludouicum, qui vno tantum anno superuiuens, & ipse veneno extinctus est.

NOTÆ.

Adulterium, & venenum facile coniunguntur. Illa vocabatur Emma, & erat filia Lotharij 2. Regis Italiæ.

Et ipse veneno extinctus est. *Scilicet ab vxore sua Blanca filia cuiusdam Comitis Aquitaniæ. Alij dicunt simpliciter ab ijs, qui regno inhiabant.*

Pro eo regnum accepere voluit Carolus Patruus eius Dux Lotharingiæ, ſed non potuit: nam Franci eum abiecerunt, quod nimis Germanis faueret, imo Aſcelinus Epiſcopus Laudunenſis captum Hugoni Capeto tradidit, qui miſit ſtatim eũ in cuſtodiã Aurelianam cum vxore, vbi diem clauſit extremum duobus filijs ibi genitis Carolo & Ludouico, qui expulſi à Francis ad Othonem Imperatorem cõfugerunt; & in curia eius manſerunt. Habebat Pater ex priori coniugio alium filium nomine Othonem, quem in ſuo Ducatu Lotharingiæ ſucceſſorem reliquit, qui obijt ſine liberis anno 1004. & ſic fuit regionis huius vltimus Princeps è ſanguine Caroli-magni maſculino.

A. C. 986.

Catalogus Chronologicus Regum Franciæ 2. Dynaſtiæ.

752. PIpinus Breuis regnat poſt Patrem Carolum Martellum.

A. C. 768. S. Carolus-magnus.
814. Ludouicus Pius.
840. Carolus Caluus.
878. Ludouicus Balbus 2.
879. Ludouicus 3. & Carlomannus Balbi filij inuncti Ferrarijs.
884. Carolus Crassus.
888. Odo vel Otho (*Eude.*)
898. Carolus simplex Posthumus.
923. Rodolphus gener Roberti occupatoris.
936. Ludouicus 4. vltramarinus Caroli simplicis ex Ogina filius.
954. Lotharius.
986. Ludouicus 5. cognomento *nihil fecit.*

LIBELLVS III.

SEV 3. DYNASTIA Capetorum.

TEXTVS.

HVGO cognomine Capetus Dux Franciæ, Ludouico Carolinorum Rege vltimo ex agnitione Caroli-magni è vita decesso, à Francis Rex eligitur, consecraturque Rhemis ab Alberone 38. Archiepiscopo. — A. C. 987

Robertus eius filius procerum consensu Aurelijs Rex item coronatur, & socius Patris in regno statuitur. — 988

Guillelmus Aquitaniæ Dux nequitiam Francorum reprobans, qui Reges suos expulerant, Hu- — 990

A. C. 990

goni Regi ſubditus eſſe noluit, vnde factum eſt, vt exercitu congregato Rex Pictauiam obſederit, ſed dum ſpe vrbis capiendæ fruſtratus, recedit, Guilhelmus vſque ad Legerim fluuium eum perſecutus eſt, vbi in graui prælio decertantibus Francis, & Aquitanis, ingenti ſtragē vtrimque edita, tandem Franci ſuperiores euadunt.

Paulo poſt tamen Hugo, & Robertus Rege, dant Guillelmo pacem.

Aldegarius Lemouicæ Epiſcopus moritur, & ſepelitur in ſancto Dioniſio Pariſienſi, cui contulerat pretioſa ornamenta, quæ à S. Martiale aſportauerat.

NOTÆ.

Erat filius Geraldi Vicecomitis, & frater Aldemãdiæ vxoris Guillelmi 4. *Aquitaniæ Ducis. Chopinus* lib. 1. monaſt. tit. 1. num. 10. *ab eo Vſarchiæ Cœnobium conditum fuiſſe ſcribit.*

TEXTUS. A. C.

Ei ſuccedit frater eius Alduinus, qui conſecratur Engoliſmæ à Gũbaldo Burdegalenſi, Hugone Engoliſmenſi, Frotario Petragoricenſi, & Ebbone Santonenſi. 991

Hugo Epiſcopus Engoliſmenſis obijt, poſtquam tenuit Epiſcopatum 20. annis. 992

NOTÆ.

Codex Vertolij M.S. ita de illo loquitur. Seplitur apud S. Eparchiũ in Monaſtico habitu. Credimus in vita ſua Epiſcopatui rennunciaſſe, maxime cum corpus illius ſine virga & annulo in ſepulchro ſuo inuentum fuerit, quando vetus Eccleſia B. Eparchij, dirueretur. Deceſſit vero 986. ab Incarnatione Domini octauo Calendas Decembris, ſedit 12. annos. *Hactenus ille Codex, ſed fallitur quantum ad annos illos, ſi rectè cum Catalogo Epiſcop. Engoliſmenſium, retulit Franciſcus Corleus 20. annos pro iſtis 12. & annum 992. pro 986.*

A. C. *TEXTVS.*

992 Successorem in sede Episcopali Engolismæ habuit Hugo Grimoaldum Petragoricium, qui præfuit 25. annis.

Interea pestilentia Lemouicæ corpora & virorum & mulierum inuisibili igne depascebatur, quapropter corpus S. Martialis Patroni Galliæ de sepulchro cum magna processione in montem Gaudij reuerenter deportatur, vnde lætitia immensa omnes repleti sunt, & ille ignis cessauit.

994 Sed paulo post fames in tota Diœcesi Lemouicensi grassata est; Idcirco Alduinus Episcopus vrbis ad subueniendum populo indixit esum carnium in tempore quadragesimæ. Attamen mox pro hac re pœnitentiam suasit populo.

Hoc anno videns populi nequitiam, & eius inemendationem, cultum diuinum, & sanctum sacrificium per totam Diœ-

cesim suam cessare fecit, sed propterea populus non melior fuit. A. C. 994

Grimoaldus Episcopus Engolismensis datis muneribus, à Guillelmo Comite regionis Monasterium S. Eparchij recepit, & per multos annos sine Abbate regulari illud mansit.

Idem Grimoardus fratri suo Aymerico Duci Moxedanensi donauit in possessionem Monasterium Thomolatense, quod hactenus fuerat in Dominio Cœnobij Engolismensis, & paulo post ipsum locum dedit in beneficio Ducibus suis, qui vocantur infernales, sicque Monasterium illud à iure antiquo S. Eparchij fuit alienatum.

Guillelmus 3. Dux Aquitaniæ, & Comitis Pictauiæ è viuis transijt, & successorem reliquit filium suum Guillelmum 4.

NOTÆ.

Fuit hic cognominatus magnus, habuitque tres vxores 1. vocabatur Al- * Adelmodia.

A. C. 994 *modia & erat filia Candidæ Comitissæ Prouinciæ nec non & vidua Bosonis Comitis Marchiæ, quæ dum adhuc ille viueret, se iactabat responsum habuisse à magis quod Comitissa Pictauiensis breui foret. 2. fuit Brisqua de Vasconia, & 3. Agnes de Burgũdia.*

TEXTVS.

His diebus Vicecomitissa Lemouicæ Emma vxor Guidonis circa festiuitatem Apostolorum Petri & Pauli, & S. Martialis oratum abijt ad S. Michaelem in Heremo, & nocte ibi à Normannis captiuata per tres annos exul vltra mare remansit. Ex Thesauro S. Martialis infinita auri & argenti pondera pro redemptione eius data sunt, simulque imago aurea S. Archangeli, & alia copiosa ornamenta, quæ omnia Normãni auferentes mentita fide, mulierem non reddiderunt, donec per multos dies Ricardus Comes Rothomagensis eam ingeniosè per Legatos Vl-

tramarinos acquireret, & viro suo Vidoni restitueret. A. C. 994

S. Majolus Abbas Cluniacensis migrauit in cœlum, & successorem habuit S. Odilonem virtutibus non ei disparem.

Interim Gerbertus natione Aquitanus monachus Aureliacẽsis Ecclesiæ S. Giraldi & postea Floriacensis ad Ligerim, subrogatur Arnulpho Archiepiscopo Rhemensi male exauctorato potestate Regis Hugonis, sed post duos annos abdicatur officio, & Arnulphus à Synodo Rhemensi sedi suæ restituitur.

NOTÆ.

Habebat ille Patrem suum nomine Angilbertum ignobilem in oppido Auriliaco, & hinc Floriacum ad Ligerim paucis locorum interuallis ab Aurelia dißitum, venit, vbi famâ doctrinæ eius sparsâ per aulam Regiã, peruenit ad cognitionem, & ad amiciam Regis Hugonis, qui nominauit eum ad Archiepescopatum illum Rhe-

A. C. 994

mensem, vbi composuit horologiũ mechanicũ, organa hidraulica, sicut refert monachus continuator Bedæ. Discutit vero Arnoldus † Vvion de quonam horlogio author ille loquatur, aitque intelligendũ de hydraulico, siue aquatili, quod & si Vitruuio notum fuerit, cum tamen compositio illius postmodum vel temporum iniuriâ, vel hominum incuriâ obliuioni fuerat tradita, eam ingenio suo, & doctrina Gerbertus integrauit, & reparauit.

*Lig. vitæ lib. 5. c. 72.

TEXTVS.

995 Hugo Rex defensor Ecclesiæ clemẽtissimus Monasteriũ sancti Dionisij Parisiensis, quod iam pristinam viuendi normam corruperat, restaurat per Abbatem Cluniacensem S. Odilonem.

Gofridus Abbas S. Martialis moritur, & in eius locum præficitur Adalbertus regularis meriti.

NOTÆ.

Erat ille successor Guigonis, qui obijt Engolisma, & fuit sepultus apud S. Eparchium.

A. C. 997

ADDITIO.

Circa hunc annum Albertus Abbas Abbatiæ S. Prothomartyris Stephani, & Christi confessoris Maximini & omnis Congregatio monachorum loci Miciacensis petijt per Epistolam à Ioanne Papa confirmationem donationis bonorum, quæ dederat Abbatiæ mulier nomine domna Regina. In illa Epistola sic loquitur. Locus in quo habitamus dicitur Miciacus, quem sanctissimi viri, scilicet B. Euspicius, & nepos eius venerabilis Maximinus, Regio munere Clodouei primi Christiani Francorum Regis, fundauerunt, & alij quam plurimi, deinde proprio beneficio construxerunt. Et idem præfatus locus in tantum floruit olim in spirituali & temporali bono, vt 140 monachi ibidem congregati Deo assiduè famularentur. In tantum postmodum dissipatus est persuasione malorum, vt nullus ibi viuere potuerit monachus. Iuuante autem paulatim gratia Christi, nunc quasi quidam rediuiuus æger à longa ægritudine conualescens, idem locus à vilitate suæ deiectionis resurgere per Eleemosinas bonorum virorum, ac mulierum aggreditur, &c.

A. C. *TEXTVS.*

996 Hugo Francorum Rex moritur, & ei ſuccedit filius Robertus vir clarus, & in Deum pius, qui iam regni particeps erat.

Gerbertus ab Imperatore Othone 3. propter doctrinam cognitus Archiepiſcopus Rauennæ efficitur.

997 Richardus Rhotomagenſis moritur, & ſepelitur apud Feſcanum. Succeſſorem reliquit ſui Principatus Richardum filium ſuum, virum ſummæ prudentiæ, & Eccleſiarum dilatatorem eximium.

Adalbertus Comes Petragoricenſis Pictauis bellum infert, & victor extitit: Vrbem quoque Turonis obſidione cinctam in redditionem accipit, & eam Fulconi Andegauenſi Comiti donat. Paulo poſt idem Adalbertus, dum ſecundò Genciacum Caſtrum deſtruere conatur, ictu ſagittæ percuſſus moritur, ſanctoque Carrofo cōditur. Succeſſorem ſtatus

ſui habuit fratrem Boſonem, licet reliquiſſet filium paruulum nomine Bernardum ex Aldemodia ſorore Hildegarij Epiſcopi Lemouicenſis.

A. C. 997.

NOTÆ.

Hæc erat filia Gerardi Vicecomitis Lemouicenſis Patris Guidonis, & illius Hildegarij, vt vult Dominus Beſly, qui eam conuolare facit ad ſecundas nuptias cum Cuillelmo 4. Ducis Aquitaniæ, ſed alij faciunt eam filiam Candidæ Comitiſſæ Arelatenſis, & viduam Boſonis 2. Comitis Petrogoræ, & Marchiæ, ſicque Hiſtoria ob eam valde intricata remanet.

TEXTVS.

Guido Vicecomes Lemouicenſis frater Alduini Epiſcopi cum Boſone illo dimicans ab ipſo vulneratus, & fugatus eſt.

Guillelmus Comes Engoliſmenſis copulata ſibi in coniugio Gerberga ſorore Comitis Fulconis Andegauenſis, ex ea ſuſcepit Huilduinum, & Gofridum filios.

A. C. ADDITIO.

997 Robertus Rex Francorum vxorem ducit Bertradam, vel Bertam, viduam Comitis Carnotensis, & Turonensis, sed quia propinqua erat, suasione Abbonis Floriacensium Abbatis, eam dereliquit, & Constantiam puellam Aquitanicam ob pulchritudinis eius immensitatem agnomine Candidam sibi matrimonio copulauit,

NOTÆ.

Hæc erat filia Guillelmi Comitis Tolosæ, & Ducis Aquitaniæ, id est Prouinciæ, quæ largè vocabatur tunc Aquitania. Petrus Damianus lib. 7. Epist. 19. scribit ex prima uxore à Roberto genitum puerum Anserinum collum, & caput habentem, adduntque alij ob matrimonium cum illa contractum Gregorium 5. Papam non solum Ecclesiæ gremio repulisse Regem, sed etiam regnum Franciæ interdicto subiecisse, quod ante id tempus non vsitatum fuerat.

ADDITIO.

En quomodo sanguine Rex Robertus & illa Bertha se vicissim attingebant. Herberga, & Haouida (*Auoise*) erant

Sorores Othonis I. Imperatoris. Prima nupsit Carolo simplici, qui ex ea habuit Matildem vxorem Conradi superioris Burgundiæ Regis, qui genuere Bertham. Et secunda nupsit Hugoni Magno Duci Franciæ, qui ex ea Hugonem Capetum suscepit, & sic Robertus, & Bertha consanguinei in tertio gradu erant. A. C. 997.

Crescentius Romæ Præfectus dum Imperium Othoni eripere conatur, insidijs vxoris suæ captus, iussu Imperatoris patibulo suspenditur.

TEXTVS.

998 Ermengandus Comes Ingeldensis post copiosos de Mauris & Sarracenis triumphos ab ipsis tandem occiditur. Eius caput abscissum Rex eorum auro cooperuit, & secum in prælio semper deferri iussit in signum victoriæ.

999 Gerbertus gregorio Papa Othonis fratre defũcto, ab Imperatore Pontifex summus factus est, & appellatus Syluester 2.

NOTÆ.

Non erat ille Gregorius frater, sed solum nepos Imperatoris. Cæterum

A. C. 999 *miror ſane Abrahamum Bzouium, quod in libello Romæ edito, cum hac Epigraphe* Sylueſter 2. Cœſius Aquitanus Pontifex Maximus *contenderit gentem Cœſiam Italam (quæ ſine dubio eſt nobiliſsima) ediḋiſſe Silueſtrum 2. cum apertiſsime Glaber Rodolphus S. Germani Antiſsiodorenſis monachus non remotus ab illo æuo ſic ſcribat.* Is Gerbertus è Gallijs oriundus extitit minorum etiam gerens proſapiam, ſed tamen ingenio acerrimus, artiumque liberalium ſtudijs pleniſſimè inſtructus. *Nec etiam Bzonio ſuffragatur Othonis Epiſtola, cum in ea loquatur Otho de ſua ſtemmate, non de Gerberti proſapia. Adde quod idem ferè refert Ducheſneus in Hiſtoria ſummorum Pontificum, nec non author Bibliothecæ Cluniacenſis.*

TEXTVS.

1000 Guillelmus Arnaldi filius Comes Engoliſmenſis perfecit Monaſterium S. Amantij de Buxia, quod Pater ſuus vouerat ęđificare, vnde

fundatoris titulo passim insigni- A. C.
tur.

Otho Imperator Romanorum 1002
hausto veneno interijt sine liberis & pro eo consanguineus eius Henricus Dux Bauariæ Imperium suscepit.

NOTÆ.

Historici referunt Othonem interijsse dono Chirothecarum venenatarum ab vxore Crescentij, quam loco Pellicis tenebat, cum eam vxorem ducere ei promisisset.

TEXTVS.

Guido Vicecomes Lemouicensis capto Grimoardo Episcopo Engolismensi, pro Monasterio Brantholmensi, quod ab eo munere exposcebat, in Turre Lemouica eum captiuum tenet, sed dimissus iuxta conditionem Guidonis, Romam adjit, & Gerbertum Papam Syluestrum nuncupatum interpellauit. Ibi Guido euocatus est ad iudicium coram Papa, causa ipso die Paschæ ventilata, à Papa

A. C. 1002 Senatuque iudicatum eſt, vt omnis qui Epiſcopum captiuaret, equorum indomitorum ad colla pedibus ligatus diſrumperetur, & demum à feris dilaceraretur. Guido Comes Epiſcopo Grimoardo traditur ad cuſtodiendum, poſt diem tertium tradendus ad pœnam, ſed inter ſe concordantes amici facti ſunt, & ante diem condictam clam Roma egreſſi ad propria reuerſi ſunt.

NOTÆ.

Codex Vertolij dicit, quod circa hæc tempora, quidam de Principibus Engoliſmenſibus Vnactdeidus Lorichez ædificauit in Xantonico pago Monaſterium Baciacenſe (l'Abbaye de Baſſac) *in honorem S. Stephani protomartyris, & cenſuale fecit Eccleſiæ Romanæ.* (forte in gratiam Sylueſtri 2. Aquitanici) *Conſecratur autem Eccleſia à Grimoardo, & Iſtone fratre eius Xantonenſi Epiſcopo.*

TEXTVS.

Abbo S. Benedicti Floriacenſis

super Ligerim Abbas, vir insignis probitatis tumultu Vasconum occisus est.

A. C. 1002.

NOTÆ.

Hoc contigit, quia ille Abbas Monasterium Regulæ (de la Reole) *reformare in votis habebat, iuxta desiderium Bernardi Vasconiæ Ducis, qui ad hoc eum illuc aduocauerat.*

Habebat socium Aimoinum, quem alij vocant Annonum, seu Ammoinum, & alij Haymoneum vel Haymonum, monachum nobilissimum, nam erat ex progenie Dominorum Albæ-terræ oppidi in Ducatu Engolismensi, quantum ad temporale, & quantum ad spirituale in Comitatu + *Petrogoriensi. Scripsit Historiam de gestis Francorum à Faramundo vsque ad Robertum, vel ad Henricum primum, quam dedicauit illi S. Abbati, vt testatur Epistola nuncupatoria, vnde liquet eum temporaneum esse Ademari authoris Chronici nostri, & floruisse anno 990. sicut scripsit Antonius Pesseuinus Iesuita in Ap-*

+ Ideo vocatur Petrogoriensem.

A. C. 1002

paratu sacro, & non 873. vt existimauit Bellarminus. Certe aliquis illam Historiam vsque ad annum 1165. deduxit.

In l. de script. Eccles. fol. 270.

TEXTVS.

Bernardus Vasconiæ Dux tanti viri interfectores alios suspendi iubet, alijs flammis tradi, & omnem illã possessionem Regularensem, de qua orta erat contentio, sine lite monachis Francis S. Benedicti donat.

ADDITIO.

Circa hoc tempus Godefridus Dominus Voluenti *de Vouuant* in Diœcesi Pictauiensi moriens legauit Thoracem Calybeum, quo in bello vtebatur, Ecclesiæ S. Eparchij Engolismensis, quod sciens Guillelmus 2. Comes Engolismę, cum ab Abbate Bernardo recepit, & ob tantum donum ei & suis monachis dedit super Tuparam hominem liberum ad plumam & ad squammam, nec non in possessionem rei eos misit per traditionem Corij, seu lori ligati, & pendendis Chartæ, secundum illius * sæculi morem.

* Dominus Besly in Hist. Comitũ Pict. & Ducum Aquit.

TEXTVS.

TEXTVS.

A. C. 1003

Robertus Franciæ Rex pro defuncto Abbone ordinauit Abbatem S. Benedicti Floriacensis Gauzelinum fratrem suum nothum, licet repugnarent monachi nolentes sibi præesse filium Scorti.

ADDITIO.

Bernardus † Vasconiæ Comes paulo post insidijs mulierum maleficarum, corpore tabescente, interijt, & Sanctius frater eius successit in Ducatu.

† Erat maritus Comitissæ Garciæ.

TEXTVS.

Guillelmus Magnus eius nominis 4. Comes Pictauiensis & Dux Aquitaniæ ædificari iussit Cœnobium nobile Malliacense in territorio Pictauiensi, idque cum vxore sua Adelmodia.

NOTÆ.

Hoc est Maleacum ad fluuium Separim Sepuure *à quo circundatur vt insula. Ibi nouus Episcopatus erectus fuit à Ioanne 22. Pontifice, mutata Abbatia S. Remigeri in Cathedralem*

A. C. 1003

Ecclesiam, relictis tamen tunc monachis in sua Benedictina regula. Vide quid dicat de ea in Genealogia Aquitaniæ Ducum Ioannes Beßly vir eruditißimus.

TEXTVS.

Itemque ingens Cœnobium Burgoliense * in cespite Andegauensi, in fundo proprio vna cum matre sua Emma sorore Odonis Campanensis, quibus Abbatijs prefecit Abbatem primum, Theodelinum virum doctrina, & sapientia clarum.

*Burgoliũ, *Bourgueil.*

NOTÆ.

Huius Monasterij fundationem confirmauit Syluester 2. summus Pontifex & paulo post obijt. De eo multa fabulantur aliqui. Sed verè fuit vir magnus, doctus & pius, vt ex inscriptione sepulchri eius, quæ extat in Ecclesia Lateranensi cognosci potest: Sed quoniam Philosophiæ, & Geometriæ peritus erat, indoctum vulgus existimauit Negromanticum fuisse, & cum diabolo pactum habuisse.

TEXTVS. A. C.

Henricus Imperator Longobardos sibi contrarios domat, Palatium in Papia sibi ædificat, & multa dona confert Cœnobio Cluniacensi. 1005

ADDITIO.

Carolo è Carolinis vltimo defuncto, nec non Othone eius filio, Lotharingia traditur Principi Godefrido, cui frustra resistit Balduinus Fland. Comes.

TEXTVS.

Alduinus vel Hilduinus Episcopus Lemouicensis Iudæos ad Baptismum compellit, lege prolata, vt aut Christiani efficerentur, aut de ciuitate recederent. 1006

Guillelmus Aquitaniæ Dux defuncta coniuge sua, ex qua susceperat Guillelmum filium, sibi 2. coniugio copulauit Briscam sororem Sancij Ducis Vasconiæ, quæ ei Odonem genuit. 1007

Raynaldus monachus cognomento Plato ob sapientiæ meritum, S. Maxentij Abbas à Guil-

Ai C. 1008 lelmo Ducæ Aquitaniæ præficitur & Monasterio beati Martialis Lemouicensis ab eodem Duce datur Ecclesia in Alniensi, nec non Cœnobio Cluniacensi Clusa in Italia.

Vicecomitatus Mellensis(*Melle*) & Oenacensis (*Aulnoy*) & Rocaçardensis(*Rochoüart*) Guillelmo Comiti Engolismæ ab illo Duce Aquitaniæ conceduntur, nec non honos (id est * Principatus) Cabanensis, Confolentis, & Roffiacensis, *Chabanais*, *Confolens*, & *Rufec*. Quia ille Dux omnia eius consilio agebat, & ita se inuicem diligebant semper, vt esset eis anima vna.

* Alias domi-natio, vnde Gallicè *Ventes & honneurs*.

Gofridus 2. Abbas S. Martialis successor Adalberti, accito Bosone Comite, cum militari magna manu, corpus S. Valerici iniustè ab Abbatia S. Martialis ablati, à quibusdam Principibus, vi abstulit.

1009 Boso Comes Petragoricensis

Veneficijs vxoris suæ necatur, relinquens filium nomine Heliam, cuius tutor fuit Guillelmus Dux Aquitaniæ, qui seruauit illi Comitatum Petrogorensem, quem Pater vsurparat super Bernardum nepotem filium Aldaberti, cui dedit Marchiam (*la Marche.*)

A. C. 1009.

NOTÆ.

Boso Comes Petragoriensis, &c.] *Erat etiam Comes Marchiæ.*

Veneficijs vxoris suæ, &c.] *Reor hanc vocari Almodiam, & nupsisse Guillelmo Duci Aquitaniæ, qui ideo tutelam Heliæ filij Bosonis suscepit. sed author noster præposterè rem narrauit.*

TEXTVS.

Huius Bernardi tutelam committit Dux duobus Principibus fratribus Petro Abbati Scotoriensium Canonicorum, & Humberto Druto, † quorum Pater Abbo Drutus Castrum Bellacum *Bellac*, contra Regem Robertum fortissimè defendit, & ab his

* Drutus veut dire en François, amy loyal.

A. G. 1009

duobus optimè Marcha defensa est.

Petrus Abbas, mortuo Lāberto, solus Marcham gubernat consilio fidelissimi amici sui Ainardi præpositi,* qui habebat duos fratres Albonem & Raymundum strenuissimos Duces, quorum sororem Aldeardem accepit vxorem Raymondus Cabannensis Abnepos Turpionis Episcopi, nec non Aymonis Abbatis S. Martialis, & frater Adalberti Decani inclyti, & præpositi S. Martialis, ex qua genuit Ademarum Engolismensem Menachum, qui hoc Chronicon scripsit.

* Sire de Chabanais source d'vne glorieuse lignée.

NOTÆ.

Amici sui Ainardi, &c. *Hic habuit ex sorore Fulconis 1. Comitis Engolismensis filium Iordanum, qui vocabatur Dominus Cabannensis, sed cur Dominus Cabannensis, cum Guillelmus 4. Comes Pictauiæ, & Dux Aquitaniæ iam dedisset terram Cabannensem Guillelmo Comiti Engolis-*

mensi, vt vidimus? Forte quia habuit illam titulo dotis, quando ei nupsit ista soror Fulconis. A. C. 1009

Engolismensem monachũ, &c. *Ita vocat eum Duchesneus vir doctissimus in vno loco, sed in alio nuncupat Lemouicensem, sicut & Claudius Robertus in sua Gallia Christiana, imo sicut & author Epitomes Chronici ipsius Ademari. Certè maiorem suorum numerum habebat hic Lemouicæ, quam Engolismæ. Vnde nonnulli probabilius censent eum fuisse monachum S. Martialis Lemouicensis, quam S. Eparchij Engolismensis, quamuis ipsemet se vocitet Engolismæ monachum. Sit vnicuique liberum stare pro sententia, quæ magis ei arriserit.*

TEXTVS.

Sepulchrum Christi Hierosolimis confractum est à Paganis, & Nabuchodonozor suasu Sarracenorum valde Christianos afflixit. 1010

Tunc apparuerunt in astris signa magna, superuenerunt siccitates

A. C. 1010

noxiæ, nimiæ postea pluuiæ, nimiæ pestes, & grauissimæ fames, defectiones multæ Solis, & Lunæ, & Vigena fluuius tribus noctibus aruit Lemouicæ per duo miliaria.

His temporibus Alduinus Episcopus adducto secum Duce Guillelmo, extruxit castrum *Belloiocum* secus Monasterium S. Iuniani contra Iordanem Principem Cabanensem, reuersoque Duce, *Iordanus* præparatis cum electis vel ad castrum expugnandum, vel Episcopum debellandum, venit, quod sciens Episcopus aggregata armatorum immanitate, habito in auxilio fratre Guidone occurrit ei, & graue ortum est prælium tempore durioris Hyemis, plurimus sanguis effusus est, victor *Iordanus* cum Principibus captis reuertitur, iam iamque securus casu ab ignoto milite impetitus à tergo percussus interijt. Et qui capti tenebantur, mox pro eo

confoſſi telis animas emiſerunt, pro quibus grauior luctus extitit, quam pro in bello proſtratis fuerat. Iordanus quoque *Manſer* frater defuncti, poſt modicum captum fratrem Epiſc. Aymericum, tandiu vinculatum tenuit, quo vſque caſtellum deſtrueretur ſuperius memoratum.

A. C. 1010

Græci à Bulgaris infeſtantur, ſed paulo poſt Samuel & Aaron eorum Duces, à Græcis dolo occiduntur, quare Baſilius horum Imperator populum Bulgarorum maxima ex parte captiuauit.

Baſilius Imperator habitum monaſticum ſuſcepit, relicto Imperiali diademate.

NOTÆ.

Annales * *Aquitanici produnt ſolum Baſilium vouiſſe monachum ſe fore, ſi vinceret Bulgaros, damnatum voti quod reliquum vitæ fuit, monachi cultum ſub Imperij inſignibus occultè gerentem, ab concubitu, & carnibus abſtinuiſſe. Cæterùm omnes monachi*

* Frag. Annal. Aquit.

A. C. *Graeci, seu Orientales tunc militabant*
1010 *sub regula S. Basilij, seu S. Pocomij, nam regula S. Benedicti obseruabatur à solis monachis occidentalibus, quidam dicunt simul ac Diuus Gregorius eam in generali Synodo confirmauit, quia praecepit, vt vbicumque Latinae literae legerentur, eam obseruarent quicumque ad conuersionis gratiam accessuri essent, vsque ad finem mundi. Sed quamplurimi putant non obseruatam fuisse generaliter nisi ab anno 742. vt supra annotauimus.*

TEXTVS.

1012 Alduinus Episcopus Lemouricensis, qui Abbatiam à Guidone emptam habebat, moritur, & ei succedit Geraldus nepos eius.

NOTÆ.

Hic consecratus fuit in aede S. Hilarij Pictauiensis à Seguino Burdegalensi Archipraesule in absentia Archipraesulis Bituricensis, & à Gilleberto Pictauiensi, Arnaldo Petrogoricensi, Islone Sanctonensi, & Grimoardo Engolismensi Episcopis.

TEXTVS. A. C. 1013

Gauzelinus filius nothus Regis Hugonis post mortem Damberti Bituricensis Episcopi à Roberto Rege Archiepiscopus constituitur. Verum Bituricenses quinquenio post seditionem agentes noluerunt eum recipere, dicentes vna voce non decet dominari Ecclesiæ Dei filiũ Scorti. Postmodum tamen Regis voluntas præualuit, & Dei nutu in sede susceptus est.

NOTÆ.

Vides quam dificilis fuit admißio huius Gauslini ad illam dignitatem, quamuis genere, ætate, religione, & disciplinis liberalibus clarus haberetur, eo quod non esset legitimo connubio natus, qualis est irregularis ad ordines, & beneficia: At optimum reparandi natales genus, est originis vitiũ virtute redimere meritorũ. Vt ait Honorius 4. & antea Innocentius 3. c. nisi de renuntiat. qui paterna vitia non secuntur, ijs propriæ virtutes pos-

A. C. ſunt optitulari. *Vide eundem Innoc.*

1013 c. 20. Innotuit. de elect. *vbi illegitimus poſtulari, non autem eligi poteſt. Forte hac via ante aliquot annos Drogo Caroli-magni filius naturalis ad Epiſcopatum Metenſem, & Arnulphus filius nothus Lothary Regis ad Archiepiſcopatum Rhemenſem conſcenderant.*

TEXTVS.

Rodulphus Petrogoriēſis Epiſcopus ab Hieroſolimis rediens moritur, & ei ſuccedit Arnaldus conſecratus à Seguino qui ex monacho Burdigalenſis Archiepiſcopus recens factus fuerat.

1014 Giſlebertus Epiſcopus Pictauienſis moritur, & in eius locum Iſembertus conſecratur.

1015 Grimoardus Epiſcopus Engoliſmenſis pariter moritur.

NOTÆ.

Codex Vertoly hæc habet de eo. Grimoardus vero obiens ſepultus eſt in Cathedrali iuxta altare Capituli, in quo cum maxima ho-

minum multitudo fortuito conueniret, contigit, vt quidam super tumbam ipsius obdomiret. Tertiò voce Angelica vocatus, tertiò euigalare admonitus est, vt à prædicto loco discederet. Sub tumba enim illa quiescebat S. viri corpus, quod fratribus Ecclesiæ prędictus homo reserauit. Corpus vero illius à loco illo translatum est, in quodam arcu in capitula cum Ecclesia noua ædificaretur. *Ita ille Codex. Grimordus autem notatur tanquam malus à Francisco Corlæo.* — A. C. 1015

TEXTVS.

Ragnioldus beati Eparchij Abbas regularis constituitur post illum Grimoardum, cui subrogatur in Episcopatu Engolismēsi Roho Roberto Regi pergratus.

Ecclesia S. Petri Engolismensis à tribus Episcopis dedicatur, & Ecclesia sāctæ rẹsurrectionis ante Basilicam beati Eparchij fundata terremotu subuertitur. — 1017

A. C. 1017

ADDITIO.

Hoc anno Robertus Rex curat coronari Compendij die Pentecostes filium suum primogenitum Hugonem, licet tantum annorum 10. quia id violenter vxor Constantia exigebat, quæ tamen tractu temporis, cum filium Regio more velle viuere animaduerteret timens expensas, tantis iniurijs eum affecit, vt coactus fuerit curiam deserere, & vagari huc, & illuc tanquam extorris ducens vitam sordidam, & pudendam, adeo vt Guillelmus Comes Bellismensis in Pertico haud veritus sit in eius sacram personam manus inicere, & incarceratum tenere ob quemdam actum minus generosũ, in quem necessitas, & indigentia eum impulerat.* Hanc tamen incarceracionem non improbauit Fulbertus Episcopus Carnotensis in Epistola 94. † ad Regem Robertum, quandoquidem in hæc verba erupit *dignum est scire te negotia regni tui. Nouerit ergo prudentia tua quod Guillelmus de Belismo vltus perfidiam filij tui, coniecit eum in carcerem, vnde non egredietur, vt ait, sine consilio nostro. Mandat autem se esse paratum ad facienda, quæ mandasti per H. monachum, &c.*

* Ioannes Beslly in Histor. Comitũ Pict. & Ducum Aquit. pag. 76.

† Fuit scripta anno 1025.

TEXTVS.

A. C. 1018

Manicheorum hæreſis tunc vigebat in Aquitania. Hi negabāt baptiſmum, & crucem, & quidquid ſanæ doctrinæ eſt inter Chriſtianos, à cibis tanquam monachi abſtinebant, & caſtitatem ſimulabant.

NOTÆ.

Latinè explicat hanc hæreſim cartulare Abbatiæ S. Petri in Valle, + *prope Carnotum vrbem.* Dicebant (*inquit*) Manichæi nullam in baptiſmo promereri veniam peccatorum, Chriſtum de virgine non eſſe natum, neque vere paſſum pro hominibus, neque vere ſepultum, neque reſurrexiſſe, neque panem, & vinū, quod ſuper altare manibus ſacerdotum ſancti Spiritus operatione effici videtur, ſacramentum, conuerti poſſe in corpus & ſanguinem Chriſti, ſanctos Martyres & Confeſſores implorare pro nihilo eſſe. *Narrat etiam illud cartulare illos ſolitos con-*

+ Saint Pierre en Vallée.

A. C. *gregari certis noctibus in domo speciali,*
1018 *& tunc extinctis omnibus luminaribus, qua prima quisque poterat, muliere abutebatur sine discretione, an mater, an soror, an monacha esset, & pro sanctitate talis concubitus habebatur.*

TEXTVS.

1019 Paulo post decem Canonici sanctæ Crucis Aurelianis Manicheorum hæresim tenentes, iussu Roberti Regis comburuntur, dum Concilium contra illam ibi celebraretur.

NOTÆ.

Hac hæresis (ait Glaber c.8.) delata fuerat Aurelias à muliere ex Italia adueniente, quæ multos è Clero seduxit, qnamuis multa ridicula obganniret, nam dicebat fabulas esse quidquid continetur in vtroque testamento de Deo trino & vno, &c.

Inter eos Canonicos erant in primis, vt refert illud Cartulare Carnotense, de qua supra, Stephanus, & Lisoius, qui apud omnes sapientia, sanctitate,

religione, & eleemosinis clarebant. Hos Garinus Præsul Beluacensis interrogauit, & cum ab hora prima ad nonam conuertere non posset, illique dicerent, quod natura denegat semper à Creatore discrepare, & se legem scriptam habere à Spiritu sancto in interiore homine, iamque Regem suum se in cælestibus regnantem videre, qui ad cælestes triumphos illos sublimaret. Iussi sunt sacris vestibus nudari, quibus depositis, Rege iubente, Constantia Regina ante valuas Basilicæ stetit, ne populus eos intra Ecclesiam interficeret, & cum extra Ecclesiam eijcerentur ab Ecclesia, Constantia Regina Stephani olim Confessoris sui, cum baculo, quem manu gestabat, oculum eruit. Deinde iuxta muros ciuitatis educti in quodam tuguriolo, copioso igne succenso, præter vnum clericum, & vnam monacham, qui resipuerunt, omnes cremati sunt.

A. C. 1019

TEXTVS.

Guillelmus cognomento Bucca vncta Comes Matisconensis,

A. C. 1019

quoniam monachos Cluniacẽses vexabat, censura ab Abbate percussus, gressum mouere, cum ambulare vellet, non potuit.

NOTÆ.

Ille Abbas erat S. Odilo.

ADDITIO.

Hoc anno Rex Robertus innouat & confirmat priuilegia à suis prædecessoribus Regibus concessa monasterio S. Maximini Miciacensis ad instantiam Alberti Abbatis loci, & prohibuit Landrico militi Balgentiacensi, & filijs eius Landrico, Ioanni, & Herueo, ne amplius vastarent terras Monasterij, vt solebant quotidianis rapinis, &c. Hæc innouatio & confirmatio priuilegiorum extracta ex Archiuis eiusdem Monasterij fuit producta in iudicio paucis abhinc annis.

NOTÆ.

Illa innouatio & confirmatio facit specialem mentionem fundationis Clodouei 1. & priuilegiorum in ea contentorum, nec non innouationis & confirmationis eorumdem ab Imperatore Ludouico Pio obtentarum, quas ille Albertus Abbas petijt, & obtinuit

facile à pietate Roberti Regis qui voluit eam eamdem vim habere, ac si ipsemet esset fundator loci, & priuilegiorum dator. Sic multi Abbates amißioni chartarum Abbatiarum suarum remedium attulerunt, sed nonnulli monachi scioli parum cauti, & nimis pij in suam religionem existimantes huiusmodi remediũ efficaciùs reddere, pro veris chartis falsas supposuerunt, in quibus tot, tantosque errores præsertim quoad tempora, & personas inseuerunt, vt vix prudentes, & periti eos tollerare valeant.

A. C. 1019

TEXTVS.

1022

Hoc tempore celebratum fuit Concilium apud Ausam oppidum non longè distans Lugduno contra S. Odilonem Abbatem Cluniaci, qui rogauerat B. Burchardum Viennensem, vt conferret ordines in sua Abbatia monachis suis, cum debuisset rogare iuxta Canones Gauslinum Episcopum Matisconensem, in cuius Diœcesi est illa Abbatia. Res

A. C. amicè composita fuit in gratiam
1022 Gauslini.

Normanni ab Aquitanis fugati sub Guillelmo Duce dicto *Ferabrachia** dum habitare Hirlandiam cogitant, & Hibernos olim à sancto Patricio Romano ad fidem Christi conuersos, de suis expellere bonis, ab ipsis omnes occiduntur. Durauit pugna per 3. dies, & Normannorum vxores, cum liberis in mare se projiecerunt, vbi extinctæ omnes, & suffocatæ fuere.

* Fiera-bras.

Aliis 1018. Rex Canutus de Danemarcha Paganus mortuo Adalrado Rege Anglorum, regnum eius dolo inuadit, nec non Reginam Anglorum sororem Richardi Ducis Rhotomagensis vxorem accepit, & factus Christianus vtraque regna tenuit.

NOTÆ.

1023 vel 1024. *Author Chronici silentio præterit actum deuotionis non paruum elicitum à Guillelmo Duce Aquitaniæ,*

& Comite Pictauiæ, quem nolo hic omittere. Sic se habet, Dux ille volens restaurare in Monasterio Carofi regularem disciplinam frequenter pro hac re scripsit venerabili Ariberto Abbati S. Sauini in Diœcesi Pictauiensi, sed nihil obtinuit, tandem hæc ad eum misit, quæ vt opinor efficax fuit.

A. C. 1023

Charitatem vestram iam secũdo interpellaui, vt mitteretis ad Carroficum Monasterium quosdam ex monachis vestris, qui essent feruentes in obseruanda regula S. Benedicti, quorum sancta conuersatio fratribus ipsius loci bonum præberet exemplum, & eorum Abbatem fasce regiminis leuaret. Quoniam vero petitioni meæ nondum acquieuistis, nunc quoque tertio ad ostium vestræ Charitatis pulso, instar illius Euangelici petitoris, amicum obnixè rogantis, vt si non propter amicitiam, saltem propter improbitatem meam accomodetis mihi quotquot habeo necessa-

A. C. 1024

* Hoc factum fuit in Synodo septem Archipræsulũ, Rege Roberto præsente.

totum Lemouicum excommunicauit * præter locum S. Martialis, ipsumque Episcopum, ab officio suo prohibuit, qui satisfacere suo Archiepiscopo volens, nudis pedibus, cum centum clericis, & monachis, omnibus similiter pedibus nudis, Bituricam sedem adijt, vbi absolutus est ab excommunicatione, & totum territorium Lemouicense simul.

1025

Alij melius forte 1010.

Caput Ioannis Baptistæ in Basilica Angeriacensi in Theca saxea repertum, à Rege Roberto, à Sancio Rege Nauarræ, Sancio Duce Vasconiæ, & alijs multis Principibus adoratur.

NOTÆ.

En quomodo de hac inuentione loquitur Historia Comitum Pictauiensium, & Ducum Aquitaniæ exarata à Magistro Ioannes Besly Aduocato Regis honorario in Sede Regia Fontis † Naiadum. Dux (*id est Guillelmus filius Emmæ*) iuxta consuetudinem suam transiuit Alpes,

† Fontenay le Côte.

vt

vt oraret Romæ anno 1018. Interim Alduinus Abbas S. Angeriaci inuenit caput humanum in clausura lapidis secti facta ad modum Pyramidis. Erat secundum opinionem suam caput S. Ioannis Baptistæ, sed quomodo fuerit hic asportatũ, & si verè esset illud S. præcursoris Dñi, non adeo certũ est, idem Ademarus refert qui in eadem ætate Historiam scripsit, &c. *Certè non potuit esse integrum caput illius sancti, nam præterquam Roma gloriatur se illud habere, Ambianum synciput eiusdem S. possidet, Lugduum occiput, & nonnullæ ciuitates aliquam partem, vnde se iactant totum habere forte per figuram, quæ* Synecdoche *vocitatur.*

A. C. 1025.

TEXTVS.

Guido Vicecomes Lemouicensis obit, & filius eius Ademarus, intercessione Guillelmi Comitis Engolismensis apud Guillelmum Ducem Aquitaniæ, ei succedit.

A. C. 1025 Basilius Græcorum Imperator obit pariter & pro eo imperat frater eius Constantinus 10.

ADDITIO.

Hic moriens sine prole mascula anno 1028. reliquit cum Zoe filia Imperium Romano genero, cognomine * Argyro, qui perijt insidijs vxoris an. 1034.

[* Cedrenus.

TEXTVS.

Guillelmus Dux Aquitaniæ Petrum Abbatem S. Carrofi, qui Prælationem hanc argento obtinuerat & sæculariter locum administrabat, expulit & subrogauit Gombaldum regularem monachum Abbatem S. Sauini.

NOTÆ.

Monachum, &c. *Qui dicit monachum, dicet Ascetam, seu deuotum, quidquid scribat in contrarium Casobonus exerc. 2. contra Baronium cap. 13. dicit quoque Athletam, seu militem Christi. Therapeutam seu cultorem Dei; Icetam, seu supplicem apud Deum, & Sophum, seu sapientem. Linquo alia Epitheta monacho à*

Doctoribus piis attributa, quia trinialia sunt. A. C. 1025

Abbatem, &c. *Hæc dictio exoritur ab Hebræo* Ab, *id est* Pater, *vel* Amans, *quoniam Abbas est Pater, cuius officium est subditos suos sicut filios amare, vel deriuat ab* Abbi, *id est iuxta nonnullos*, mea voluntas, *quia Abbas inferiorum suorum vnica voluntas esse debet, nam religiosus emittens sua vota essentialia, ita relinquit suam voluntatem, vt nullam aliam deinceps habeat, quam Abbatis sui, qui est eius volũtas moralis. Deinque nomen Abbatis est nomen potestatis, & honoris significans Dominũ & Magistrũ, vt patet ex legis Doctoribus apud Hebræos, qui vocabantur Rabbi, & Rabboni. Cæterum Abbas non specie sed tantum accidente à monacho defert.*

TEXTVS.

Aymericus Princeps Ranconensis rebellis contra Guillelmum Engolismæ Comitem, à Gofrido Comitis filio occiditur. 1026

A. C. 1026

NOTÆ.

*Ecce causam occisionis. Ille Aymericus contra Guillelmum * seniorem suum, dum hic esset Romæ, castrum construxit in Xantonico, & promisit ei fidelitatem super reliquias S. Eparchij, & cum periurus contra ipsum esset, post paucos dies à Godefrido filio Comitis illi obuiante, ferro confossus animam sine mora reliquit. Comes vero Guillelmus cum Alduino suo primogenito castrum diu obsedit, & fortiter expugnauit, capiens destruxit, & iterum reædificauit filioque suo Gofrido commendauit.*

* C'est à dire Seigneur.

TEXTVS.

Guillelmus Vicecomes Marciliacensis & fratres eius Oldericus & Alduinus graui discordia decertantes, consilio Comitis Engolismensis pacificantur, sed pacem rumpentes, Guillelmus & Oldericus Alduinum excæcarunt, ob quam rem indignatus Guillelmus Comes Engolismæ, eos omni honore priuauit, &

Roffiacum † caſtrum Alduino cum omni ditione conceſſit.

A. C. 1026 Ruffec.

Alduinus filius Comitis Engoliſmenſis iuſſu Patris Marciliacum reædificat, & Montiniacum, & ad opus ſuum retinet.

Luna per vnam horam deficit, cuius horæ ſpatio nunc ſanguinea, nunc cærulea, nunc deficiens apparuit

Richardus filius Guillelmi nothi Dux Normanniæ moritur, & apud Feſcanum ſepellitur. Succeſſit ei Richardius filius eius, qui & ipſe non multo poſt veneno hauſto etiam moritur, relinquens hæredem ſui ſtatus fratrem ſuum Robertum.

ADDITIO.

Moritur pariter 17. Sept. Rex Hugo filius Roberti Regis anno ætatis ſuæ 28. Volebat Conſtantia Regina, vt ei ſuccederet in progenitura & in coronatione frater eius Robertus, & ad ſuas partes iam traxerat Odonem 2. Comitem Campaniæ nepotem ſuum, nec non Bernardum Epiſcopum Sueſſionis,

A. C. & quam plurimos alios Prælatos & Barones, qui timebant eius iram, sed tandem Rex Robertus obtinuit, ea inuita, vt Henricus tunc primogenitus, sacraretur Rhemis, vt Glaber scribit. Certè lex regni Francici iuri naturæ, & natiuitatis ordini coronam defert.

1026

1027 Hoc anno 22. Iunij in Aquitania secus maritima ante solemnitatem S. Ioannis Baptistæ, tribus diebus pluit ex aëre sanguis, qui cadens super carnem hominis, aut super vestem, aut lapidem non poterat lauari, at cadẽs super ligna facile lauabatur. Cuius prodigij Dux Aquitaniæ statim monuit Regem Robertum, qui scripsit Gauslino Archipræsuli Bituricensi fratri suo naturali (non filio vt vult Dominus Besly) vt responderet, quid de hoc sentiret, scripsit etiam Fulberto Episcopo Carnotensi viro Docto æquè, ac pio in eundem scopum. Certe de huiusmodi pluuia legitur sæpe in antiquioris & recentioris Historiæ monumentis gladij, vel ciuilis belli loco semper habita, vt apud Ciceronem *Diuinatione* 2 apud Liuium *l.* 34. apud Plinium *l* 2 *c* 56 Plutarchum *in Romulo*, Dionem, Greg. Turonensem *l.* 6 *c.* 14. Aymoin. *l.* 3 *c.* 39. Eaque forte intelligitur per lachrymas sanguineas, quibus dicitur Sarpedon à Ioue de-

flectus apud Ausonium *ex Homero Iliad. 16*.

A. C. 1027

TEXTVS.

Fulco Comes Andeganensis Aribertum Cenomanensem Comitem dolo capiens, diu eum in custodia tenet.

Paulo post obit, & filius Gofridus succedit ei.

Xanctonas vrbs ab impijs Christianis comburitur, cum Basilica S. Petri sedis Episcopalis, diuque remansit locus desertus, & Diuino cultu vacuus.

Almafredum Abbatem S. Eparchij benedixit Roho Episcopus Engolismensis.

1028 Guillelmus Comes Engolismensis mulierum quarumdem sortilegijs detentus moritur eo anno, quo venit de Hierusalem octauo Idus Aprilis 1028. & sepultus est à duobus Episcopis Roho Engolismensi & Arnaldo Petragoricensi in Basilica S. Eparchij.

A. C. 1022

amicè compoſita fuit in gratiam Gauſlini.

Normanni ab Aquitanis fugati ſub Guillelmo Duce dicto *Ferabrachia* * dum habitare Hirlandiam cogitant, & Hibernos olim à ſancto Patricio Romano ad fidem Chriſti conuerſos, de ſuis expellere bonis, ab ipſis omnes occiduntur. Durauit pugna per 3. dies, & Normannorum vxores, cum liberis in mare ſe projiecerunt, vbi extinctæ omnes, & ſuffocatæ fuere.

* Fierabras.

Aliis 1018.

Rex Canutus de Danemarcha Paganus mortuo Adalrado Rege Anglorum, regnum eius dolo inuadit, nec non Reginam Anglorum ſororem Richardi Ducis Rhotomagenſis vxorem accepit, & factus Chriſtianus vtraque regna tenuit.

NOTÆ.

1023 vel 1024.

Author Chronici ſilentio præterit actum deuotionis non paruum elicitum à Guillelmo Duce Aquitaniæ,

& Comite Pictauiæ, quem nolo hic omittere. Sic se habet, Dux ille volens restaurare in Monasterio Carosi regularem disciplinam frequenter pro hac re scripsit venerabili Ariberto Abbati S. Satini in Diœcesi Pictauiensi, sed nihil obtinuit, tandem hæc ad eum misit, quæ vt opinor efficax fuit.

A. C. 1023

Charitatem vestram iam secũdo interpellaui, vt mitteretis ad Carroficum Monasterium quosdam ex monachis vestris, qui essent feruentes in obseruanda regula S. Benedicti, quorum sancta conuersatio fratribus ipsius loci bonum præberet exemplum, & eorum Abbatem fasce regiminis leuaret. Quoniam vero petitioni meæ nondum acquieuistis, nunc quoque tertio ad ostium vestræ Charitatis pulso, instar illius Euangelici petitoris, amicum obnixè rogantis, vt si non propter amicitiam, saltem propter improbitatem meam accomodetis mihi quotquot habeo necessa-

A. C. 1023 rios. Obſecro igitur vos in nomine S. Trinitatis, quæ Deus vnus eſt, vt decem fratres ex collegio veſtri Angelici ordinis mihi tranſmittatis, memores tandem illius Apoſtolici dicti alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti. Valete cum omnibus veſtris.

TEXTVS.

1024 Imperator Henricus commendans Amicis Cunegundem vxorem virginem & ſuo conſanguineo Conrado ſigna Imperij relinquens, in cœlum euolat.

Longobardi auditâ morte Henrici, palatium, quod in Papia ædificauerat, deſtruunt, & iugum Imperatorium à ſe excutere volentes Guillelmum Aquitaniæ Ducem ſuper ſe Regem erigere ſatagunt, ſed ille tantam dignitatem prudenter recuſauit cognita eorum perfidia: Ideo ad Hugonem filium primogenitum Roberti Regis ſe conuertunt, quia

Robertus ex Adelaide Itala natus erat. A. C. 1024

Benedictus Papa moritur, & succedit Ioannes eius frater.

Moritur etiam Giraldus Episcopus Lemouicensis apud Carofum, & ibi sepelitur. Dicitur hic vno die omnibus gradibus ordinum insignitus, super quo velitatio magna extitit.

Decertant Principes ciuitatis pro Episcopatu, cum Symoniaca hæresi Pontificatum sibi vendicare tentantes.

Guillelmus Aquitaniæ Dux suasu Guillelmi Engolismensis Comitis sui Consiliarij, placitum suum apud S. Viuianum habet, vbi Iordanum Ecclesiæ S. Leonardi præpositum Episcopum Lemouicæ eligit, & ordinat.

Archiepiscopus Bituricensis Gauslinus (ad cuius Diœcesim Lemouica pertinet) quia sine sua authoritate consecratus fuerat Iordanus Lemouicæ Episcopus,

A. C. 1024

* Hoc factum fuit in Synodo septem Archipræsulũ, Rege Roberto præsente.

totum Lemouicum excommunicauit * præter locum S. Martialis, ipsumque Episcopum, ab officio suo prohibuit, qui satisfacere suo Archiepiscopo volens, nudis pedibus, cum centum clericis, & monachis, omnibus similiter pedibus nudis, Bituricam sedem adijt, vbi absolutus est ab excommunicatione, & totum territorium Lemouicense simul.

1025

Alij melius forte 1010.

Caput Ioannis Baptistæ in Basilica Angeriacensi in Theca saxea repertum, à Rege Roberto, à Sancio Rege Nauarræ, Sancio Duce Vasconiæ, & alijs multis Principibus adoratur.

NOTÆ.

En quomodo de hac inuentione loquitur Historia Comitum Pictauiensium, & Ducum Aquitaniæ exarata à Magistro Ioannes Besly Aduocato Regis honorario in Sede Regia Fontis † Naiadum. Dux (*id est Guillelmus filius Emmæ*) iuxta consuetudinem suam transiuit Alpes, vt

† Fontenay le Côte.

vt oraret Romæ anno 1018. Interim Alduinus Abbas S. Angeriaci inuenit caput humanum in clausura lapidis secti facta ad modum Pyramidis. Erat secundum opinionem suam caput S. Ioannis Baptistæ, sed quomodo fuerit hic asportatũ, & si verè esset illud S. præcursoris Dñi, non adeo certũ est, idem Ademarus refert qui in eadem ætate Historiam scripsit, &c. *Certè non potuit esse integrum caput illius sancti, nam præterquam Roma gloriatur se illud habere, Ambianum synciput eiusdem S. poßidet, Lugduum occiput, & nonnullæ ciuitates aliquam partem, unde se iactant totum habere forte per figuram, quæ* Synecdoche *vocitatur.*

A. C. 1025.

TEXTVS.

Guido Vicecomes Lemouicensis obit, & filius eius Ademarus, intercessione Guillelmi Comitis Engolismensis apud Guillelmum Ducem Aquitaniæ, ei succedit.

A. C. 1025 Basilius Græcorum Imperator obit pariter & pro eo imperat frater eius Constantinus 10.

ADDITIO.

Hic moriens sine prole mascula anno 1028. reliquit cum Zoe filia Imperium Romano genero, cognomine * Argyro, qui perijt insidijs vxoris an. 1034.

[* Cedrenus.

TEXTVS.

Guillelmus Dux Aquitaniæ Petrum Abbatem S. Carrofi, qui Prælationem hanc argento obtinuerat & sæculariter locum administrabat, expulit & subrogauit Gombaldum regularem monachum Abbatem S. Sauini.

NOTÆ.

Monachum, &c. *Qui dicit monachum, dicet Ascetam, seu deuotum, quidquid scribat in contrarium Casobonus exerc. 2. contra Baronium cap. 13. dicit quoque Athletam, seu militem Christi. Therapeutam seu cultorem Dei; Icetam, seu supplicem apud Deum, & Sophum, seu sapientem. Linquo alia Epitheta monacho à*

Doctoribus piis attributa, quia trinialia sunt. A. C. 1025

Abbatem, &c. *Hac dictio exoritur ab Hebraeo* Ab, *id est* Pater, *vel* Amans, *quoniam Abbas est Pater, cuius officium est subditos suos sicut filios amare, vel deriuat ab* Abbi, *id est iuxta nonnullos*, mea voluntas, *quia Abbas inferiorum suorum vnica voluntas esse debet, nam religiosus emittens sua vota essentialia, ita relinquit suam voluntatem, vt nullam aliam deinceps habeat, quam Abbatis sui, qui est eius volũtas moralis. Deinque nomen Abbatis est nomen potestatis, & honoris significans Dominũ & Magistrũ, vt patet ex legis Doctoribus apud Hebraeos, qui vocabantur Rabbi, & Rabboni. Caeterum Abbas non specie sed tantum accidente à monacho defert.*

TEXTVS.

1026 Aymericus Princeps Ranconensis rebellis contra Guillelmum Engolismæ Comitem, à Gofrido Comitis filio occiditur.

A. C. 1026

NOTÆ.

*Ecce causam occisionis. Ille Aymericus contra Guillelmum * seniorem suum, dum hic esset Romæ, castrum construxit in Xantonico, & promisit ei fidelitatem super reliquias S. Eparchij, & cum periurus contra ipsum esset, post paucos dies à Godefrido filio Comitis illi obuiante, ferro confossus animam sine mora reliquit. Comes vero Guillelmus cum Alduino suo primogenito castrum diu obsedit, & fortiter expugnauit, capiens destruxit, & iterum reædificauit filioque suo Gofrido commendauit.*

* C'est à dire Seigneur.

TEXTVS.

Guillelmus Vicecomes Marciliacensis & fratres eius Oldericus & Alduinus graui discordia decertantes, consilio Comitis Engolismensis pacificantur, sed pacem rumpentes, Guillelmus & Oldericus Alduinum excæcarunt, ob quam rem indignatus Guillelmus Comes Engolismæ, eos omni honore priuauit, &

Roſſiacum † caſtrum Alduino cum omni ditione conceſſit.

A. C. 1026 Ruffec.

Alduinus filius Comitis Engoliſmenſis iuſſu Patris Marciliacum reædificat, & Montiniacum, & ad opus ſuum retinet.

Luna per vnam horam deficit, cuius horæ ſpatio nunc ſanguinea, nunc cærulea, nunc deficiens apparuit

Richardus filius Guillelmi nothi Dux Normanniæ moritur, & apud Feſcanum ſepellitur. Succeſſit ei Richardius filius eius, qui & ipſe non multo poſt veneno hauſto etiam moritur, relinquens hæredem ſui ſtatus fratrem ſuum Robertum.

ADDITIO.

Moritur pariter 17. Sept. Rex Hugo filius Roberti Regis anno ætatis ſuæ 28. Volebat Conſtantia Regina, vt ei ſuccederet in progenitura & in coronatione frater eius Robertus, & ad ſuas partes iam traxerat Odonem 2. Comitem Campaniæ nepotem ſuum, nec non Bernardum Epiſcopum Sueſſionis,

A. C. & quam plurimos alios Prælatos & Barones, qui timebant eius iram, sed tandem Rex Robertus obtinuit, ea inuita, vt Henricus tunc primogenitus, sacraretur Rhemis, vt Glaber scribit. Certè lex regni Francici iuri naturæ, & natiuitatis ordini coronam defert.
1026

1027 Hoc anno 22. Iunij in Aquitania secus maritima ante solemnitatem S. Ioannis Baptistæ, tribus diebus pluit ex aëre sanguis, qui cadens super carnem hominis, aut super vestem, aut lapidem non poterat lauari, at cadēs super ligna facile lauabatur. Cuius prodigij Dux Aquitaniæ statim monuit Regem Robertum, qui scripsit Gauslino Archipræsuli Bituricensi fratri suo naturali (non filio vt vult Dominus Besly) vt responderet, quid de hoc sentiret, scripsit etiam Fulberto Episcopo Carnotensi viro Docto æquè, ac pio in eundem scopum. Certe de huiusmodi pluuia legitur sæpe in antiquioris & recentioris Historiæ monumentis gladij, vel ciuilis belli loco semper habita, vt apud Ciceronem *Diuinatione* 2 apud Liuium *l.* 34. apud Plinium *l* 2 *c* 56 Plutarchum *in Romulo*, Dionem, Greg. Turonensem *l.* 6 *c.* 14. Aymoin. *l.* 3 *c.* 39. Eaque forte intelligitur per lachrymas sanguineas, quibus dicitur Sarpedon à Ioue de-

ﬂetus apud Auſonium *ex Homero Iliad.* 16.

A. C. 1027

TEXTVS.

Fulco Comes Andeganenſis Aribertum Cenomanenſem Comitem dolo capiens, diu eum in cuſtodia tenet.

Paulo poſt obit, & filius Gofridus ſuccedit ei.

Xanctonas vrbs ab impijs Chriſtianis comburitur, cum Baſilica S. Petri ſedis Epiſcopalis, diuque remanſit locus deſertus, & Diuino cultu vacuus.

Almafredum Abbatem S. Eparchij benedixit Roho Epiſcopus Engoliſmenſis.

1028

Guillelmus Comes Engoliſmenſis mulierum quarumdem ſortilegijs detentus moritur eo anno, quo venit de Hieruſalem octauo Idus Aprilis 1028. & ſepultus eſt à duobus Epiſcopis Roho Engoliſmenſi & Arnaldo Petragoricenſi in Baſilica S. Eparchij.

A. C. *NOTÆ.*

1028 Mulierum quarumdam ſortilegijs, &c. *Sic de hoc euentu effatur Codex M. S. Vertolij* hæ mulieres effecere, vt naturali membrorum vigore deſtitueretur Comes, idque per imagines ex lino, & cera compactas, & in loco ſubterraneo paulatim acubus punctas. Præcipua earum negante tantum ſcelus, id commiſſum eſt iuſtitiæ Dei, vt quod verum latebat per certamen ſingulare duorum, data victoria oſtenderetur, ſicut mos erat illis temporibus. Vir pugnans pro muliere victus fuit, ſed Comes pepercit maleficæ. *Hactenus Codex Vertolij, qui addit iuxta opinionem S. Hyeronimi ſimilibus ſortilegijs perijſſe Alexandrum magnum, & Antiochum Epiphanen, imo S. Iob ægrotaſſe.*

Eo anno quo venit de Hieruſalem, &c. *Refert Franciſcus Corleus, quod Comes duplicem ſuſceperit peregrinationem, primam ad limina*

Apostolorum S. Petri & S. Pauli cum Guillelmo Aquitaniæ Duce, & Comite Pictauiæ, nec non cum Duce Vasconiæ & cum Episcopis Gilberto Pictauiensi, Grimoaldo Engolismensi, & Islo Santonensi; idque durante Iubileo anni 1002. *& secundam in terram sanctam tunc occupatam ab infidelibus, vtramque deuotionis ergo. Primam tacuit author Compendij, sed Corlæus notans secundam cum illo, licet alias diligens scrutator veritatis videatur, fallitur, cum scribit durante Iubileo anni* 1002. *nam nundum Iubileum Christianum introductum fuerat in Ecclesiam, quod solum an.* 1300. *sub Bonifacio* 8. *contigit.*

A. C. 1028

TEXTVS.

Alduinus Engolismensis Comes S. Martiali in Lemouica, Ecclesiam S. Mariæ in territorio Burdegalensi, quæ pertinebat ad vxorem suam Mauziam largitur.

NOTÆ.

Hæc Mauzia, vel Alausia, erat filia Sancij Ducis Vasconiæ, & con-

A. C. 1028 *ſentiens neci Guillelmi Comitis, cuius erat nurus, ab illis mulieribus maleficis procurata, quas noſter Alduinus flammis iußit tradi extra vrbem, ſed non ſuperuixit diu Patri, eum ſequens in cælum anno 1029. quo habuit ſucceſſorem fratrem ſuum Gofridum filijs ſuis excluſis iuxta diſpoſitionem teſtamenti eorum Aui, ob facinus matris.*

TEXTVS.

Guillelmus Aquitaniæ Dux ad extinguendas hæreſes, quæ à Manicheis ſeminabantur, Conſilium Epiſcoporum, & Abbatum congregat, vbi affuerunt omnes Aquitaniæ Principes, quibus præcipit Dux, vt pacem inter ſe firment, & Eccleſiam Dei Catholicam venerentur.

Seguino Burdegalenſi Epiſcopo mortuo ei ſuccedit Acio, qui ſtatim moritur & in eius locum à Guillelmo Duce Aquitaniæ & Sancio Duce Vaſconiæ, qui conuentum apud Blauiam congre-

gauerant, Gotefridus natione Francus ordinatur. A. C. 1028

NOTÆ.

Hic operi † *suo imponit finem author Epitomes, vel ipse Ademarus. Poterat certe mentionem facere Synodi habitæ in Ecclesia Saluatoris, vbi adfuere* II. *Episcopi, inter quos erat noster Roho, nec non referre mortem illius Guillelmi magni Ducis Aquitaniæ & Comitis Pictauiæ, quæ contigit anno* 1030. *& fuit statim sepultus in Ecclesia Monasterij S. Remigeri apud Malleacum, quod ipse cum matre sua Emma fundauerat, vt supra dixi. Poterat quoque notare obitum Regis Roberti, quæ euenit anno* 1032. *in quo Odorannus monachus Senonensis Chronicon suum absoluit. Denique poterat in toto opere suo plurima alia notatu digna edere, quæ silentio texit & quæ tamen alij sedulò narrauere. Sed facilè excusandus est, non enim ad singula notanda, vel narranda Historicus tenetur, nisi quæ præcipua ex se, vel ipse præcipua iudicet. Vnde S. Hyero-*

† Alij vocant illud Historiam Francorum & alij Chronicon.

A. C. 1028

nimus in Epistolam D. Pauli ad Galathas scripsit, dum agit de peruulgata illa inter illum Apostolum, & D. Petrum oberta Antiochiæ contentione, quam S. Lucas tacuit. Ait mirum non esse si hanc rem Euangelista tacuerit, cum & multa alia, quæ Paulus se sustinuisse replicat, Historiographi licentiâ prætermiserit, & non esse contrarium, si quod alius dignum putauit relatu, alius inter cætera derelinquat. Vbi notanda illa verba Historiographi licentiâ, *quandoquidem videtur inde inferre voluisse, quod ille non omnia referre teneatur, sed tantum quæ magis suo genio placent. Sic in vna silua, qui lepores, vel ceruos, aut alias belluas sectatur, non omnes capit, sed solum quas capere potest, vel quæ magis illi arrident.*

Hîc quoque notis, additionibusque meis finem impono. Deo, qui non habet finem, & cui nihil addi potest, sit virtus, sit scientia, sit gloria per infinitas sæculorum additiones, Amen.

FINIS.

Index rerum ſcitu dignarum quæ ad hoc opuſculum ſpectant. A, denotat annum Chriſti.

A

G

Hispania

I

P

Facultas Generalis.

EGo infrascriptus Abbas Fuliensis ac Congregationis B. Mariæ Fuliensis Ordinis Cisterciensis Superior Generalis, facultatem tenore præsentium facio dilectissimo nobis in Christo D. Petro à S. Romualdo eiusdem Cōgregationis Sacerdoti, edendi in lucem, prævia Doctorum approbatione, duos quos elaborauit libros alterum cui titulus *Historia Francorum seu Chronici Ademari Epitome* & alium cui titulus *Chronicon seu continuatio Ademari, &c.* In quorum fidem præsentes chirographo ac sigillo nostro munitas dedimus apud nostrum Fuliense Monasterium die secunda Iulii, anno Domini supra 1652.

F. ARNALDVS à S. Benedicto.

Approbatio.

NOs frater Nicolaus à S. Augustino Prior Monasterii Diui Bernardi Parisiensis, & frater Ioannes à S. Ioseph Prior Diui Stephani Plessiaci-Piqueti propè Parisios, ambo Congregationis B. Mariæ Fuliensis Ordin. Cisterciensis monachi, fidem facimus visum à nobis libellum qui inscribitur, *Chronici Ademari Epitome, &c.* cum notis, additionibusque in eum à D. Petro à

S. Romualdo Sacerdote monacho prędictę Congregationis editis, nihilque in eo à piis auribus alienum, orthodoxęque fidei, & bonis moribus contrarium inueniri: Ideoque eum dignum, qui Typis mandetur, ac in lucem prodeat, censemus. Parisiis 5. calendas Septembris anni à partu virgeneo labentis 1652.

Fr. NICOLAVS à S. Augustino.
Fr. IOANNES à S. Ioseph.

Menda sic emenda.

IN Epist pag. 2. lin. 8. aduerti. P. 6. l. 14. in Ecclesia. P 8. l. 9. audiuisse. P. 10. l. 10. iamdiu. In opusculo, p 7. l. 25. Faramundum. P 11. l. 22. Valentiniani. P. 15. l. 2. Aimoinum. P. 25. l. 10. Engolismam P 36. l. 3. Aurusiense. P. 37. l. 14. Aimoinus. P. 39 l. 8. Procopius. P. 43. l. 1. obiecta. P. 47. l. 4. eum. P. 48. l. pen. vnctus. P 69. m. illegitimas. P. 78. l 5. & *pro* sed. P. 98. l. 18. paternum. P. 99. l. penult. satagit. P. 102. l. tutandi. P. 103. l. 10. inobseruantiam. P. 106. l. 14 dele io. P. 10 . l. 17. Clericatum. P. 116. l. 9. terras. P. 156 l. 4. planxerunt. P. 166. l. 22. in flore. P 177 l. 7 ad Regem. P. 185. l. 3. Papa P. 186 l 4. Comites. P. 199 l 14. valida. P. 210 l. 5. Marciliacum. P. eadem l 8. Oldericum. P. 215. l. 8. Bituricus P. 219. l. 8. hebdomada sancta. P. 233 l. pen Michaelis. P. 235. l. 20. fratre suo. P. 248. l. 13. Reges P 263. l. 2. in tumultu. P. eadem m. Petragoriensis. P. 270. l. 16. monachũ. P. 284. l 5. dele dicto *Ferabrachia*. P. eadem m. dele *Fieratras*. P. 289. l. 15. Lugdunũ. P. 300. l. 4. oborta. In Indice l. 22 primam. P. 3. l. 30. sita. P. 5. l. 28. dele virgulam.